DE
RESTITVTIONE,
ET REDINTEGRATIONE
FIDEICOMMISSI
Controuerſiæ, ſeù Lucubrationes

CO: PETRI FRANCISCI
A' CORNV
I. C. Feltrenſis.

LEGIBUS VENETIS,
&
M. ANTONIO PEREGRINO
Fideicommiſſorum expoſitori acutiſſimo potiſſimùm acommodatæ.

Illuſtriſſimo D. D. Comiti
IOANNI BELLATO
NOBILI FELTRENSI, ac
SS. Mauritij, & Lazari Equiti, & Commendatario
ab Authore oblatæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, M. DCCIX.
Apud Hieronymum Albriccium.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſsime Domine.

SI cui potiùs, quàm tibi, Illuſtriſſime Comes, has meas Lucubrationes, quas publici juris facio, obtuliſſem, minimè video cur meritò multiplicis culpæ reus peragendus haud eſſem à concivibus noſtris. Quis enim eorum eſt, cui planè cognitum perſpectumque non ſit, quanta mihi tecum neceſſitudo intercedat;

quàmque tu, & res meas ſumma ſemper humanitate foveris, & me, meoſque ſingulari planè benevolentia complexus in ære, ac patrocinio tuo eſſe volueris? Quorum in me meritorum teſtimonium aliquod palàm exſtare, hoc eſt gratum animum, cum re ipſa minùs liceat, at verbis ſaltem apud omnes profiteri ſi deſtitiſſem, &, quod gravius eſt, pulcherrimam, quæ mihi vltrò ſe ſe offert, occaſionem in alium quemvis transtuliſſem, næ ego omnis officij oblitus, & juris, ut ità dicam, humani contemptor, corruptorque haud injuria audirem. Hùc accedit vetuſta inter majores noſtros, non minùs ſoli natalis, quàm animorum conjunctio, quæ ad nos uſque tenaciſſimo mutui amoris glutino copulata, hactenus manſit; &, ut ad poſteros etiam perennet, uſque ad votorum delicias, votum eſt meum, imò ſpes, imò certiſſima fides, & perſuaſio. Videre igitur mihi viderer, atque etiam audire, Parentes, Avos, Atavos me tamquam degenerem acritèr increpantes, ſi potiorem hanc patrimonio hæreditatem prodigus, ac malè nepos obligurirem, quam ipſi tanta cura conſervandam, & ad Minores tranſmittendam eſſe duxerunt. Neque hic quicquam de vetuſtiſsima tui Generis claritate, ut alijs ſolemne eſt; neque de opibus intermiſcebo; quibus licet tantoperè abundes, nùm vel tantillum, aut ſuperbiæ, quæ commune nobilitatis malum; aut inſolentiæ, quæ aſſidua divitiarum comes eſſe ſolet, in te livor ipſe reprehendit? Quanquam, ſi benè calculum pono, ſi tuæ patriæ hoc nomine ornamento es, ſi tuis Civibus admirationi; quid eſt, cur me quoque in tui venerationem hæc ipſa non rapiant? Vides ergo, ILLVSTRISSIME COMES, & tecum omnes intelli-

telligunt, quot, quantæque me cauſæ impulerint, ut tibi Libellum hunc meum præ cæteris offerendum putarim; quod ſi facere omiſiſſem, mihi ipſi defeciſſe Concives mei planè irati exprobrarent, Majores ſuccenſerent, &, me quoque judice, me ipſe damnarem. Quare, ſi qua culpa adhùc adhærere mihi videri poſſit, nulla præterea fuerit, quàm muneris ipſius exilitas. Hanc verò ut animi tui magnitudo diluat, deleatque, etiam atque etiam orat, qui eſt

Venetijs 24. Aprilis 1709.

Illuſtriſſimæ Dominationis Tuæ

Addictiſſimus Cliens.

Co: Petrus Franciſcus à Cornu.

Digitized by Google

Lectori Benevolo.

MOnitum te eſse volo (Lector humaniſsime) Auctorem præſentis operis pro conſequendo integro quodam eius fidei commiſso accerrimas habuiſse lites cum multis, & quidem de potentioribus Ciuitatis Feltri, qui excipiendo, & reconueniendo omnibus excitatis quæſtionibus, quæ in reſtituendo, & redintegrando fideicommiſso, moueri, aut excogitari poſsunt, ipſum fideicommiſsum ſubuertere, & ad nihilum redigere conabantur, vnde ſibi opus viſum fuit ad ipſa quæſtiones diluendas, & victoriam conſequendam Tractatum hunc, *De reſtitutione, & redintegratione fideicommiſsi* componere, qui quàmuis primo aſpetu præſeferat allegationes de iuribus particularibus, in progreſſu tamen operis habebis omnia ferè diſcuſsa, quæ in materia fideicommiſsi reſtituendi, vel reintegrandi controuerti, aut ventilari poſsunt; Hoc autem opus Auctor imprimendum curauit ad publicam vtilitatem, non quia ex ſui ingenij imbecillitate quidquam boni prodijſse præſumpſerit (à tenui namquè Minerua non magna ſperari poſsunt) ſed tantorum, qui ſequuntur Virorum auctoritatibus excitatus, Viue diù felix.

Nobilis

Digitized by Google

NObilis vir, & Conſultiſſimus I. V. D., & Comes D. Petrus Franciſcus à Cornu ſingula præmiſſa intentionis ſuæ capita doctè adeò & luculentè comprobat, vt nullus dubitationi locus ſupereſſe videatur. Qui quidem Iuris validis auctoritatibus, grauiſſimarum rationum momentis, & celeberrimorum magni nominis ſcriptorum teſtificationibus in ſingulis articulis bonam cauſam ſe habere bonumque ius fouere cum manifeſtè demonſtret, eius ſententiam indubiè amplector, & libens ad ipſam me ſentire, nominis mei ſubſcriptio profitetur.

Ego Antonius Vaira Venetus Sacr. Canonum
Antecesſor Primarius Matutinus Paduæ.

QVæ à nobili & conſultiſſimo Viro D. Co: Petro Franciſco à Cornu in ſingulis hiſce capitibus propoſita, adeò validè aſſerta & exactè enucleata ſunt, vt nihil quoad Doctrinam, vel rationum, aut Auctoritatum momenta amplius deſiderari poſſe videatur, quamobrem ea omnia, ſententia, & Iudicio meo qualecumque ſit, comprobo & affirmo.

Ego Io: Baptiſta Rainis I. V. D. & in Patauino Gymnaſio
Cæſarei Iur. de Sero Primarius Interpres, &c.

NObilis & Eccellentiſs. Vir, I. V. D. D. Petrus Franciſcus Co: à Cornu, quàmquàm ex controuerſa fideicommiſſi reſtitutione, & repletione, ſiuè vt ipſe ait, reintegratione debeat commodum reportare, indèque in tot iuris allegationibus, & rationibus per eum adductis, quodammodo ſuſpectus videatur, dùm in cauſa propria ſcribit, Veritate tamen inſpecta, quam præ oculis in mea ſubſcriptione habeo, teſtimonia Illuſtriſsimorum ac Sapientiſsimorum iuris utriuſque Doctorum, ac Profeſſorum, qui eiuſdem Iuriſconſulti opinioni adhærent, omnem ſiniſtram repellunt ſuſpicionem, ✠ Ipſi quippè ſubſcriptionibus ſuis, opinionem, quam probant, propriam faciunt: vt colligitur ex doctrina Bart. Bald. Angel. cæterorumque Repetentium in l. Siquis ex argentarijs, 6. §. cogentur, ff. de Edendo; Felin. in cap. teſtimonium, de teſtibus, propterea puto tanti Viri opinionem iuri conſonam, æquitati congruam, omninòque ab omnibus amplectendam, nec ab ea in iudicando recedendum eſſe. Enim verò in omnibus ab Eo excitatis quæſtionibus arcanos Iuriſprudentiæ ſinus penetrauit: Legum obliquos mæandros, & tortuoſos anfractus explicauit: abditos & implicitos exceptionum labyrinthos ſubtilis filo ingenij euaſit: omneſque perfecti Iuriſconſulti numeros abſoluit, muneri ſuo par, prudens, & ſolers, quæſtionum fibras inſpexit: difficultatum neruos tentauit: & Controuerſiarum venas tenuit; in diſceptationibus argumentatur acutè, reſpondit ſubtiliter, refellit aptè, confutat acritèr, & quaſi venator diligens venatica ſolertia inuigilat occulta indagare, abdita inueſtigare, inuenta prodere, ac expedire, ne quid vel fraudis, vel doli ad ſanctiſſimum Iuſtitiæ Tribunal obrepat. In putriduſculis aduerſariorum exceptionibus facit is Co: à Cornu, quod Cornu Vnicornis in potu, etenim eas fideliter purgat,

Digitized by Google

purgat, ne quid incidat virulentum, Intentionem ſuam non modò iure commun verum etiam legibus Sereniſsimi Principis, Senatuſque Veneti, ac Statuto Feltrenſi firmat, & comprobat. Iuriſperitorum dicta, & reſponſa excribit ſumma cum fide vt coràm iudice conſtet de veritate, eaque duce victor exiſtat, & ſcripta mandeti æternitati. Ita cenſeo, & candida ſubſcriptione Iuſtitiæ litor.

Ego Stephanus Cardeira, Com: & Eques, Luſitanus, & in Archigymnaſio Patauino Iuris Ciuilis, hora pomeridiana, ordinarius Anteceſſor, &c.

L. S.

Die xviij. Ianuarij. 1700. Patauij.

SAlebroſæ Illuſtriſsimi D. Petri Franciſci Co: à Cornu Iuris allegationi, legum rationibus fulcitæ, & multiplici interpretum teſtimonio pleniſsimè illuſtratæ, de veritate requiſitus, lubens adhæreo, & ſine hæſitatione pro veritate ſubſcribo.

Ego Io: Baptiſta de Ceſſis Bergomenſis. I. V. D. & Padua Inſtitutionum profeſſor in primo loco.

L. S.

ILluſtriſsimi, & Conſultiſsimi Viri D. Co: Petri Franciſci à Cornu legalia reſponſa pluribus in capitibus exarata, D. D. auctoritatibus munita vti iuri, & æquitati conſona, laudo, atque confirmo.

Ego Io: Baptiſta Gnagnoti V. Eques in patrio Lyceo Iuris Ciuilis ord. Anteceſſor:

Die viij. Octobris 1703.

OPus de reſtitutione, & reintegratione fidei commiſsi Illuſtriſs. D. Co: Petri Franciſci à Cornu J. C. Feltrenſis, vtiliſsimum, & laudabiliſsimum eſſe confirmo, multis, variiſque legalibus auctoritatibus illuſtratum, adeò vt nihil aliud ſapientius & vtilius poſsit deſiderari: unde æquo animo me ſubſcribo.

Franciſcus Marzolus V. V. G.

Die 11. Aprilis 1706.

OPus, de reſtitutione, & reintegratione fidei commiſsi Illuſtriſsimi D. Co: Petri Franciſci à Cornu, Iuris Conſulti Feltrenſis valdè vtile, & legibus conſonum, Iudicio meo laudo, ac approbo.

Io: Maria Scudellari I. V. D. Vicarius V. G. Trat.

Google

Illuſtriſs. Sig. Sig. mio e Patrone Collendiſs.

SOn preuenuto dalla gentilezza di V. S. Illuſtriſs. con le ſue degne eſpreſsioni, hauendo io deſtinato ſcriuergli, quando il Sig. Co: ſuo figlio mi faceſſe partecipe di hauer ancora ricuperato dalle mani del Sig. Ceſſis, per traſmettergli il ſuo digniſsimo Trattato, ch'io certamente hò letto, & oſſervato con particolare attenzione, hauendo in quello V. S. Illuſtriſs. dato gran ſegno della ſua virtù, & animo ſincero, con le concluſioni giuſtificate con leggi, raggioni adequate, & auttorità di tanti Dottori; Spero che dato alla Stampa riuſcirà non di men lode che di vtile a V. S. Illuſtriſs. per ricuperare quello ſe gl' aſpetta; mentre mi dico,

Di V. Sig. Illuſtriſs.

Padoua 10. di Genaro 1700.

Deuotiſs. & Obligatiſs. Serv. vero
C. Steffano Cardeira.

Illuſtriſsimo Sig. Sig. Patron Colendiſsimo.

MI ſono così inuagito nella ſua elaboratiſſima, e dottiſsima compoſitione in allegare le ſue ragioni nelli punti controuerſi con ſuoi Auerſarij, che come ſpero reſterà eſaudita la ſua dimanda; così ſarà gran bene à poſteri il mandar alle ſtampe la allegatione ſteſsa. Io vorei hauer forza di meglio eſprimere la mia ſincera confermazione, ma V. S. Illuſtriſs. riceua il buon animo, mi auguro l' honore de ſuoi riueriti commandi per rinfrancare il titolo che vanto d' eſſere

Di V. S. Illuſtriſs.

Padoua 18. Genaro 1700.

Devotiſs. Obligatiſs. Serv. vero Gio: Battiſta Ceſſis.

Illuſtriſs. Sig. Sig. Patron Colendiſs.

IO hò fatto giuſtitia alla ſcieltiſsima e fatticoſiſsima ſua allegatione, al qual fine la hò intitolata, *Salebroſa*, nella mia ſottoſcrittione. E perciò la crederi degna delle Stampe per vtilità de Poſteri, e per decoro del ſuo degno nome. Ben è vero non eſſer conſono al ſuo intereſſe ciò ſegua prima della deciſione della cauſa, acciò l'Auerſario non venga in lume de ſuoi fondamenti, e quando voleſſe V. S. Illuſtriſs. ciò fare, biſogna non diſpenſare il libro prima della ſentenza, mà il più ſicuro è valerſi della dilatione, e con tutto l'animo mi raffermo.

Di V. S. Illuſtriſs.

Padoua vltimo Gennaro 1700.

Devotiſs. Oblig. Serv. vero
Gio B. Ceſſis.

Digitized by Google

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbatione del P. *Fr. Vincenzo Mazzoleni Inquiſitore*, nel Libro intitolato *De Reſtitutione, & Redintegratione Fideicommiſſi Co: Petri Franciſci à Cornu I. C. Feltrenſis* non v'eſſer coſ'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à *Girolamo Albrizzi Stampatore*, che poſsi eſſer Stampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 19. Aprile 1709.

(Ferigo Marcello Proc. Ref.

(

(Marin Zorzi Ref.

Agoſtino Gadaldini Secr.

Digitized by Google

Digitized by Google

✠

1452. Io: Donatus à Cornu Nob Felt. & Taruiſij

✠ Vgolinus

✠ Chriſtophorus ✠ Io: Donatus ✠ Paſchalis

✠ Antonius ✠ Marcus ✠ Io: Baptiſta

✠ Io: Bapt. Teſt. 1556. 30. Nov. de cuius fideic. ✠ Chriſtoph. ✠ Cattarina Vx. ✠ Sigiſmundi Luſij ✠ Marieta Vx. ✠ Io: Bapt. à Puteo ✠ Hieronymus

✠ Pr. Hieronymus ✠ Marcus ✠ Antonius ✠ Antonius

✠ Io: Baptiſta D. ✠ Sigiſmundus ✠ Franciſcus D. ✠ Paſchalis Pr. ✠ Vgolinus

✠ Sigiſmund. D. ✠ Marcus Pr. ✠ M.Anton. ✠ Hieronym. premor. Creuſa Vxor Co: Petr.Franciſc.

✠ Franciſcus ✠ Bartolom. Canonic. vltimus de prole Filiæ ✠ Maria Vxor ✠ Vgolini à Cornu

Aurelia

Digitized by Google

Introductio.

Divino ſubſidio humiliter, & ex corde implorato. D. Jo: Baptiſta à Cornu die ultimo menſis Novembris 1556., ſupremam edidit voluntatis ſententiam, in qua poſt rei ſpiritualis, & familiaris diſpoſitionem, ſibi hærede inſtituto Chriſtoforo fratre, ſubiunxit.

Et mancando eſso miſ. Chriſtoforo ſenza figliuoli legitimi, e naturali di lui legitamente deſcendenti, ſoſtituiſſe à lui, e vol che ſucceda in detti ſuoi beni madonna Cattarina, e Marieta ſue ſorelle, &c. Alle qual madonna Cattarina, e Marieta herede ſoſtituiſſe li ſuoi figliuoli maſchi ſolamente, volendo e commandando detto teſtator che detta ſua heredità & beni vadi de maſchi in maſchi deſcendenti dalle dette madonna Cattarina, e Marieta ſue ſorelle, e mancando li maſchi deſcendenti da una di elle ſuccedano all'hora li maſchi ſuperviventi dell' altra ſorella, e coſi vadino de maſchi in maſchi di eſſe ſorelle uſque in infinitum &c.

ET MANCANDO tutti li Maſchi deſcendenti delle predete ſue ſorelle, volſe, e diſpoſe, che in quel caſo ſuccedano in detti beni li deſcendenti maſchi legitimi, e naturali del q. miſ. Gio: Battiſta dal Corno ſuo barba, fù de miſ. Paſqual.

Et ſic duplicem ordinavit fidei commiſſariam ſubſtitutionem, Alteram ſcilicet ad favorem Cattarinæ, & Marietæ ſororum, eorumque deſcendentium maſculorum; deficientibus maſculis ex Chriſtoforo fratre deſcendentibus.

Alteram verò ad favorem deſcendentium maſculorum Jo: Baptiſtæ à Cornu q. Paſchalis, defecta deſcendentia maſculorum Catharinæ, & Marietæ prædictarum.

Deceſſit Chriſtoforus frater nullis relictis maſculis ex ſe deſcendentibus die 6. Martij 1576. & per conſequens evenit caſus primæ fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ad favorem maſculorum deſcendentiũ ex Catharina nupta Sigiſmundo Luſio (altera namque ſoror Marieta jam deceſſerat ſine maſculis) ſcilicet ad favorem Rev. Hieronymi, Marci, & Antonij ſuorum filiorum.

Et quoniam dictus Chriſtophorus pariter ſibi hæredes inſtituerat dictos fratres, nec non Jo: Baptiſtã, Sigiſmundum, & Franciſcum filios dicti Marci æquis portionibus per capita, ideò totum patrimonium de ratione fraternæ dictorum teſtatorum in eos devenit in ſolidum, & indiviſum.

Annis 1597. 7. Junij, 1598. 18. Aprilis, & 1601. 27. Septembris, Jo: Baptiſta, & Franciſcus prædicti ſoli ſuperſtites maſculi de dicta deſcendentia Luſia, cum jam totum ferè patrimonium ipſius fraternæ fuiſſet præcedenter exhauſtum, diviſerunt inter ſe reliquũ, quod conſiſtebat in quodam prædio PRA-MAOR nuncupato cum domibus annexis poſitis in Villa, & Regula Calioli, & uterque eorum ſuam

por-

portionem deſcribi fecit ad proprium nomen in æſtimo 1625.

Mortuo Franciſco anno 1634. 10. Martij relictis tantùm fęminis, deſcendentes maſculi Jo: Baptiſtæ petierunt, & per ſententiam obtinuerunt medietatem ejus portionis uti de ratione Jo: Baptiſtæ à Cornu fideicommittentis, altera verò medietas, uti de ratione Chriſtophori ejus fratris Remanſit in hæreditate jacentem dicti Franciſci, quæ poſteà fuit adjudicata Creuſæ ejus Nurui ex Hieronymo filio præmortuo pro ſolutione dotis ſuæ.

Anno 1636. 13. Auguſti Valentinus, & Angelus Zanettelli fratres dictæ Creuſæ hanc pariter medietatem vendiderunt deſcendentibus Jo: Baptiſtæ Luſij prædictis, & hoc modo integrum patrimonium fraternæ à Cornu iterum in eos pervenit, & ſucceſſivè emanavit in eorum deſcendentes partim vigore fideicommiſſi, & partim vigore dictæ acquiſitionis.

Noviſſimè autem ex hac vita ſubtracto Bartolomęo Canonico ultimo deſcendente maſculo Jo: Baptiſtæ Luſij, & ſic extincta deſcendentia maſculorum Cattarinę ſororis fideicommittentis, evenit caſus ſecundæ fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ad favorem deſcendentium maſculorum Jo: Baptiſtæ à Cornu qu. Paſchalis, & per conſequens apertum eſt dictum fideicommiſſum ad fauorem Nob. D. Co: Petri Franciſci ſoli ſuperſtitis maſculi de eadem deſcendentia. Qui propterea contra Nob. D. Aureliam Luſiam q. Franciſci, & alias fæminas litis Conſortes poſſeditrices bonorum de ratione fraternæ à Cornu ut ſupra diuiſorum petit pronunciari, & declarari, ut infrà.

Primò pro parte, & ad computum fideicommiſſi Jo: Baptiſtæ à Cornu ſibi reſtituendam eſſe alteram ex duabus partibus bonorum inter Jo: Baptiſtam, & Franciſcum Luſium diuiſorum, habito reſpectu quoad quantitatem, & qualitatem ipſorum ad æſtimum 1625.

Secundò allibranda eſſe reliqua bona, quæ erant in fraterna tempore mortis teſtatoris, ad hoc ut pro menſura mediatatis ipſorum (detractis detrahendis, & imputatis imputandis) reintegrari debeat ipſum fideicommiſſum cum relaxatione tot bonorum de ratione alterius partis habito reſpectu quoad ipſorum valorem ad tempus mortis teſtactoris.

Tertiò, declarandum fore id, quod reintegrato fideicommiſſo ſupereſt de ratione alterius partis prędictæ ſubdiuidendum eſſe in duas partes æquales, quarum vna ſpectet ad repręſentantes Jo: Baptiſtam Luſium, altera verò ad repreſentantes Franciſcum, & ſic ad dictum D. Co: pro iuribus in eius hæreditate ſibi competentibus.

Quartò decerni, & pronunciari quidquid reintegrato fideicommiſſo vt ſupra, ſupererit ſubdiuidendum, remanere debere obnoxium, & obligatum ad reintegrandum fideicommiſſum pro medietate aliorum bonorum, quæ de cætero reperientur fuiſſe in fraterna tempore mortis teſtactoris, adeò ut quandocumque caſus acciderit vtraque pars bonorum ſubdiuiſorum concurrere debeat æqualiter ad dictam reintegrationem.

E con-

Digitized by Google

E contra verò DD. Conſortes excipiunt.

Quoad primum non ſe opponere relaxare eam portionem bonorum quæ apparebunt fuiſſe in dominio teſtatoris tempore mortis ſuæ, habito reſpectu ad æſtimum 1550, & publica documenta, factis tamen prius detractionibus, & ſolutionibus declarandis.

Quoad ſecundum oppoſita præſcriptione centenaria inſtant liberari.

Quoad tertium, & quartum pariter petunt liberari.

Et è conuerſo.

Primo petunt declarari, quod deſcendentes Jo: Baptiſtæ Luſij ante omnia extrahere poſſint ex portione Franciſci bona acquiſita ab Angelo, & Valentino Zanettellis ut ſupra, quæ ſunt Staria 44. terrarum, & portionem domorum pro valore in totum lib. 7878: 15

Secundò deducunt bona ipſa aſcendere ad valorem lib. 7531. ſolutiones verò ipſorum contemplatione factas importare lib. 7878. 15 ideò petunt D. Comitem ſententiari ad ſolutionem affictuum pro reliquo capitali lib. 347. à die acquiſitionis citrà.

Tertiò, declarandum fore fæminas deſcendentes Jo: Baptiſtæ ex ipſius portione tantundem extrahere poſſe, quantum extraxerunt fæminæ deſcendentes Franciſci ex ipſius portione.

Quartò pronuntiandum, terras Riuolta, & Longarich nuncupatas non eſſe fideicommiſſo ſubiectas, ſed ſibi uti bona de ratione Chriſtophori relaxandas eſſe, cum fructibus à die, quo D. Vgolinus pater dicti D. Comitis earum poſſeſſionem adeptus eſt.

Sicque videmus, quod hæc cauſa duplicem habet inſpectionē, quarum prima verſatur circa iura D. Co: Petri Franciſci agentis ex fideicommiſſo; Secunda verò verſatur circa iura D D. Conſortum excipientium, & reconuenientium, & ideò ad totius materiæ enucleationem dilluendæ ſunt ſequentes Quæſtiones.

Digitized by Google

Inſpectio Prima.

QVÆSTIO PRIMA.

An vigore fideicommiſſi Joannis Baptiſtæ à Cornu reſtituenda ſit D. Co: Petro Franciſco medietas bonorum de ratione fraternæ à Cornu inter Jo: Baptiſtam,& Franciſcum fratres Luſios diuiſorum.

QVÆSTIO SECVNDA.

An pro habenda quantitate ipſius medietatis ſtandum ſit æſtimo 1550. An verò æſtimo 1625.

QVÆSTIO TERTIA.

An ſuper talia medietate reintegrandum ſit fideicommiſſum pro medietate bonorum fraternæ ad præſens non extantium.

Et an obſtet exceptio præſcriptionis.

QVÆSTIO QVARTA.

Valor bonorum pro reintegratione deducendorum ſit ne referendus ad tempus mortis teſtatoris; An verò ad tempus reintegrationis.

QVÆSTIO QVINTA.

Quænam bona & quomodo ad effectum præmiſſæ reintegrationis ſint allibranda.

QVÆSTIO SEXTA:

Quidnam in reintegratione fideicommiſſi ad commodum grauatorum ſit detrahendum, Quidve in detractiones ad commodum fideicommiſsarij ſit imputandum.

QVÆSTIO SEPTIMA.

An, & quo iure medietas eius, quod reintegrato fideicommiſſo ſupereſt de ratione alterius partis, ſpectet ad Excellentiſsimum D. Comitem.

QVÆSTIO OCTAVA;

An id, quod ſupereſt reintegrato fideicommiſſo debeat eſse obnoxium reintegrationi fideicommiſſi pro medietate illorum bonorum, quæ de cætero reperientur fuiſse in fraterna tempore mortis teſtatoris.

Digitized by Google

Inſpectio Secunda:

QVÆSTIO PRIMA.

Poſsintne deſcendentes Jo: Baptiſtæ Luſij extrahere terras, & domos ſibi per D D. fratres Zanettellos nomine Creuſæ eorum ſororis venditas ex portione Franciſci pro lib. 7878 : 15.

Et conſequenter tantumdem ex portione dicti Jo: Baptiſtæ ratione æqualitatis ſeruandæ.

QVÆSTIO SECVNDA.

Nùm dictis D D. Conſortibus competat ius aduerſus D. Com. pro conſequendis affictibus capitalis lib. 347. deficientis ſuper terris per D D. Zanettellos venditis auctoribus D D. Conſortum.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum D. Comes teneatur relaxare dictis Conſortibus terras Riuolta, & Longarich nuncupatas, cum fructibus,

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *In fideicommiſſis tria ad victoriam requiruntur, ſcilicet ordinatio fideicommiſſi, caſus, & identitas bonorum.*

2 *Fideicommiſſi ordinatio probatur per oſtenſionem teſtamenti.*

3 *Verba ubi clara ſunt, res nullius eſt dubitationis.*

4 *Et ſi dubitaretur dubitatio eſt vana, & cavilloſa.*

5 *Fideicommiſſum probatur per confeſſionem hæredum gravatorum.*

6 *Probatio nulla major, quàm proprii oris confeſſio.*

7 *Fideicommiſsum probatur per ſententiam ſuper fideicommiſſo emanatam, quæ in iudicatum tranſiuit, & n. 22.*

8 *Sententia pro veritate habetur.*

9 *Sententia facit jus inter partes.*

10 *Identitas inprædiis ruſticis deſumitur ex conformitate nominis.*

11 *Identitas nominis arguit identitatem ſubſtantiæ.*

12 *Pluralitas non præſumitur.*

13 *Inſtrumentum diviſionis inter filios fideicommittentis tamquàm de bonis communibus paternis probat res illas fuiſse fideicommittentis.*

Non ſolùm quoad diuidentes, ſed etiam quoad eorum hæredes, & deſcendentes ibid.

14 *Hæres non poteſt referre quæſtionem dominii.*

Succeſsor non debet eſse melioris conditionis, quàm auctor, ibid.

15 *Et abſurdum hoc reputatur à lege.*

16 *Confeſſio, & recognitio rei uti talis probat rem eſse talem.*

17 *Item probat rem eſse fideicommiſsariam.*

18 *Diviſio inæqualis dicitur diviſio leonina.*

Diviſio inæqualis, & leonina dicitur ſi uni aſſignatur res libera, alteri verò bona vinculata fideicommiſſo, ibid.

19 *Diviſio inæqualis non præſumitur.*

20 *Ubi ſecunda interuenit conſideratio, ibi plena præſumitur adeſse deliberatio.*

Contra id, quod ſecundò conſideratur nihil opponi poteſt, ibid.

21 *Sententia plurimum poteſt in cauſis fideicommiſsariis.*

23 *Sententia probat contra obtinentem, qui non poteſt allegare ſententiam iuſtè pro ſe latam.*

24 *Et pari ratione probat contra eius hæredem.*

25 *Sententia, quæ defunctum afficit, & eius hæredem obligat.*

26 *Sententia probat contra ſucceſsorem ſingularem, qui non poteſt objicere contra ſententiam latam cum ſuo auctore, ibid.*

27 *Ius excipiendi, & replicandi tranſit in ſingularem ſucceſsorem.*

28 *Cum de aliquo diſputatur, in cæteris præſupponitur habilitas.*

DE

Digitized by Google

DE RESTITVTIONE, ET REINTEGRATIONE FIDEI COMMISSI Inſpectio Prima.

QUÆSTIO PRIMA.

An vigore fideicommiſſi q; Dom. Io: Baptiſtæ à Cornu reſtituenda ſit Exc. D. CO: PETRO FRANCISCO à CORNU *medietas bonorum inter Exc. DD. Io: Baptiſtam, & Franciſcum Fratres Luſios diviſorum.*

MAgiſtralis eſt doctorum ſententia, quod ad obtinendum in fideicommiſſis
1 ✠ tria requiruntur. Primò ſcilicet fideicommiſſi ordinatio, ſecundò caſus, & vocatio; Tertio identitas rei, ſcilicet rem fuiſſe in bonis, & dominio fideicom mittentis, ut amplè docet Peregr. in tract. de fideicom. art. 43. & 44.

Quæ omnia cum per Exc. D. Co: Petrum Franciſ. à Cornu deducta, & concludentiſſimè probata fuerint inde planum eſt fundatiſſimam habere intentionem ſuper prætenſa reſtitutione ex fideicommiſſo medietatis bonorum inter fratres Luſios diviſorum.

Deprimo requiſito inpræſenti caſu non eſt dubitandum, cum illud clarè demonſtratum ſit ✠ Pri- 2
mo per oſtenſionem teſtamenti cujus verba dilucidè, velut, in ſpeculo, fideicommiſſum important; Verba enim ✠ ubi clara ſunt res nullius eſt dubitationis l. ille, aut ille § cum in verbis ff. delega. 3.
Et ſi dubitaretur ✠ dubitatio eſſet 3
vana, & cauilloſa auth. defil. ante dotal. inſtrum. nat. in princ. & ad
fi. ✠ ſecundo per confeſſionem hæ- 4
redum grauatorum, à quibus DD.
Conſortes cauſam habent, qua ✠ 5
nulla major probatio l. generaliter C. de non num pecu;l. cum precum

C. de

C. de libera. cau; Cum ipſi nõ ſemel,
ſed bis annis 1576. & 1634. petie-
rint huius modi fideicommiſſum
ad legem pronunciari, & vigore
7 ipſius commodum reportauerint ✠
Tertiò per ſententiam ſuperinde
ſecutam, quæ in iudicatum tran
8 ſiuit, ea enim ✠ pro veritate ha-
betur l. res iudicata ff. de reg. iur.
9 & ✠ facit ius inter partes l. inge-
nuum ff. de ſtatu hom; c. cum inter
de re iudic; c. quoniam contra de
probatio., quæ omnia fortiſſima
probationum genera docet Peregr.
in cit. art. 43. n. 2. 6. 8.

De ſecundo requiſito pariter nulla poteſt inſurgere controuerſia etenim per non exiſtentiam maſculorum ex Cattarina ſorore teſtatoris, & Sigiſmundo Luſio deſcendentium, ſcilicet per mortem Bartolomæi ultimi maſculi de eadem deſcendentia, euenit caſus ad fauorem deſcendentium maſculorum Io: Baptiſtæ à Cornu q; Paſcalis.

Quod autem d. D. Co: ſit eiuſdem deſcendentiæ, & ſic de linea vocatorum patet ex arbore conſanguinatis de cuius legalitate uſque ad Antonium non eſt ambigendum cum ea fecerit fidem etiam in cauſa iuriſpatronatus Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis familiæ à Cornu in Officio Ep. ut ibi patet anno 1606. Et ulterius extant fides Baptiſmi, nec non matrimonii, ex quibus patet ex legitimo matrimonio Hieronymum q; D. Io: Baptiſtæ generaſſe Antonium, Antonium generaſſe Vgolinum, ex quo deſcendit D. Co. Petrus Franciſcus.

Tertium verò requiſitum circa identitatem rei, quod ſcilicet Prædium PRAMAOR, inter fratres Luſios diuiſum anno 1598. ſit pro dimidia de ratione fideicommittentis, in quo vertitur cardo difficultatis, ex ſequentibus fundamentis euidentiſſimè comprobatur.

Primò, quia teſtator tempore
mortis poſſidebat Prædium in Vil-
la Calioli eiuſdem nominis, Pra-
maor, in fraterna cum Chriſtopho-
ro eius fratre; etenim ✠ vulgatiſſi- 10
mum eſt in iure, quod in prædiis
ruſticis ex conformitate nominis
præſumitur identitas, & ex nomi-
ne proprio ipſius fundi, quo te-
ſtator utebatur, ita Peregr. de fidei-
com. art. 44. n. 48. Et generaliter
identitas ✠ nominis arguit identi- 11
tatem ſubſtantiæ cephal. conſ. 90.
n. 19. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ.
816 num. 17. Aldov. inſignis IC.
Feltrenſis Conſ. 91. nu. 70. Regula-
riter enim ✠ pluralitas non præ- 12
ſumitur l. in bello §. factæ ff. de ca-
pti. c. in præſentia de probatio
Iaſ. in l. 2. nu. 7. C. de bon. poſſeſ-
ſec. tab. Peregr. ubi ſupra ſub. nu-
44.

Secundo, ex quo diuiſiones prædictæ factæ fuerunt tamquàm da bonis communibus inter teſtatorem, & ejus fratrem ibi (*Diviſioni trà noi fratelli Luſa q; Marco della poſſeſſione di Pramaor Regola di Caliol, che fù delli Egreggi qq; Signori Gio: Battiſta, e Chriſtoforo fratelli dal Corno*) Nulla exindè relinquitur
circa identitatem dubitatio; Que-
madmodum enim ✠ Inſtrumen- 13
tum diviſionis inter filios patris fi-
deicommittentis tamquàm de bo-
nis communibus paternis indubi-
tanter probat res illas fuiſſe fidei-
committentis, ut ſtrenuo marte
de-

Digitized by Google

defendunt Marzar.in Epith. fideic.
quæſt. 58. & Peregr. d. art.44. n, 5.
Ubi dicit hanc eſſe indubitatam
propoſitionem non ſolùm quoad
ipſos diuidentes, verú etiam quoad
eorum hæredes, & deſcendentes, pe-
14 nès quos bona reperiuntur, qui †
non poſſunt referre queſtionem do-
minij, quoniam non debet eſſe me-
lioris conditionis ſucceſſor, quàm
auctor l. in omnibus § non debet,
l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. &
15 pro abſurdo † lex reputat ſi aliud
dicatur l. aliud § abſurdum ff. eod.
Ita in caſu noſtro, inſtrumentum
diuiſionis inter Jo: Baptiſtam, &
Franciſcum fratres Luſios de præ-
dio Pramaor tamquàm de bonis
communibus intér teſtatorem, &
eius fratrem, indubitanter probat
prædium ipſum fuiſſe pro medieta-
te teſtatoris, & per conſequens pro
eadem medietate fideiccommiſſo
ſubiectum, & fatuum eſt de hoc
dubitare.

16 Tertiò, confeſſio † & recogni-
tio rei uti talis, probat ipſam rem
eſſe talem ad ea, quæ docet Peregr.
in cit. art. 44. n. 24. Vbi ad caſum
17 noſtrum dicit, quod † confeſſio, &
recognitio probat rem eſſe fidei
commiſſariam; Ergo ex quo fra-
tres Luſij auctores DD. Conſortum
confeſsi fuerunt Pramaor eſse de
ratione fratrum à Cornu, ipſumque
uti tale diuiſerunt, & recognoue-
runt, efficax reſultat probatio,
quod pro medietate fuerit fidei-
comittentis, & ſic fideicommiſſo
ſubiectum.

Quartò, ad omnimodam præ-
miſſorum confirmationem facit,
nàm anno 1634. 31. Martij maſcu-
li Jo: Baptiſtæ per mortem Franci-
ſci, ſine maſculis, petierunt ab eius
fæminis huiuſmodi fideicommiſ-
ſum, cuius identitatem declaraue-
runt per hæc formalia verba:

*Li beni, quali pretendono li figli-
uoli, & heredi del q. Ecc. Sig. Gio:
Battiſta Luſa per virtù del teſtamen-
to, & fideicommiſso laſciato per il q.
miſ. Gio Battiſta dal Corno, e già
poſseſſi per il q. Ecc. Sig. Franceſco
Luſa come Nepote beneficiato dal
detto teſtator mentre era in vita, ſo-
no poſti in Regola, & Villa di Caliol.
Alla metà de quali li predetti figli-
uoli, & heredi inſtano, & intendono
eſser poſti all attual, e corporal poſ-
ſeſso per virtù del detto teſtamento.*
Inter cætera; *La metà DI TVTTE
le terre arative, e prative poſte in
detta Regola loco detto Pramaor;*
Ergo quid clarius?

Ratio autem hujus declarationis
fuit per auctores D D. Conſortum
deſumpta ex diuiſionibus 1598.
inter dictos fratres Luſios, nam ex
quo factæ fuerunt nulla facta ſpeci-
ficatione bonorum, ſed uti de ra-
tione Chriſtophori, & Io: Baptiſtæ
indefinitè intelliguntur unicuique
aſſignata bona pro medietate, de
ratione Chriſtophori, & ſic libera,
& pro medietate de ratione Io: Ba-
ptiſtæ, & ſic fideicommiſſo ſubie-
cta † aliàs dictæ diuiſiones eſſent 18
inæquales, & dicerentur leoninæ ſi
vni fuiſſent aſsignata bona libera,
alteri verò bona vinculata fidei-
commiſſo l. ſi non fuerint § Ariſto
ff. pro Socio, Sebaſt. medic. de caſib.
fortuit. queſt. 10. n. 14. And. Capan.
in tract. de fideicom. maſculi. inſp.
1. art. 1. n. 39. † Quod quidem non 19
eſt dicendum, nec præſumendum,
ut ait dictus Capan. loco cit.

Hæc autem ſecunda aduerſariorum confeſsio, & recognitio, medietatis bonorum prædictorum uti de ratione fideicommiſſi, utpote reiterata ex temporis interuallo, & in pluribus actibus ſeparatis arguitur facta ex certa ſcientia, &
20 animi deliberatione, Quia ✠ Vbi ſecunda interuenit conſideratio, ibi plena præſumitur adeſse deliberatio, & ideò contrà eam nihilamplius opponi poteſt, ut dixi inferius inſp. 2. quæſt. 2. n. 13. & 14.

Quintò, vt omnis tollatur occaſio dubitandi ſuper identitate prædicti fideicommiſsi accedit, nam ſuper dicta declaratione, & fæminarum exceptione diei 19. Iunij ſubſequentis, (Non eſſe ſatis probatam identitatem bonorum ex fideicommiſso petitorum) lata fuit ſententia ſub die 20. Octobris eiuſdem anni ſequentis tenoris.

Chriſti Nomine inuocato à quo &c. Ex deductis in proceſsu declaro ſatis fuiſse probatam identitatem bonorum fideicommiſso ſubiectorum, iuxta declarationem dictorum fratrum diei 31. Martij præteriti.

21 Maxima ✠ namque eſt vis, & virtus ſententiæ in cauſis fideicommiſsarijs ut dixi n. 8. & 9. & potiſſimum cum in iudicatum tranſiuit
22 ✠ probat fideicommiſsum, ut docet Peregr. de fideicommiſsis art. 53. n. 32. Et quod tranſiuerit in iudicatum, luce ipſa meridiana clarius eſt, ex quo Auctores Dominorum Conſortum dependenter ab ipſa ſententia ſub die 26. eiuſdem menſis Octobris obtinuerunt præceptum contra collonos, quod debeant eiſdem aſsignare medietatem fructuum dicti prædii ſequeſtratorum, & eos recognoſcere Dominos medietatis eiuſdem prædii virtute dictæ ſententiæ, & teſtamenti Io: Baptiſtæ à Cornu, prout etiam ſemper recogniti, & hucuſque habiti fuerunt.

Potiſsimum autem ſententia pro- 23
bat contra obtinentem, quia † non poteſt allegare ſententiam iniuſtè pro ſe latam l. ſi ſeruus plurium §. 1. ff. de leg. 1. & notant indè Bart. Bald. & cæteri alii † & pari ratione 24
contra eius heredem, qui illius perſonam repræſentat, quia ſententia, quæ ✠ defunctum afficit, illius 25
quoque hæredem obligat. l. ſi à te § fin. & l. exceptio ff. de except. rei iudic. & † contra ſucceſsorem 26
ſingularem, qui ſucceſsit poſt ſententiam, quia nec ipſe obiicere poteſt aduerſus eam, ut docuit Rui. Conſ. 128. num. 14. 16. 17. in 2. Nam ius excipiendi, & replicandi
✠ tranſit etiam aduerſus ſingula- 27
rem ſucceſsorem Bartolus in l. ſi tertius §. ſi quis prius col. ult. ff. de aqua pluuia arcen. & hæc omnia docet Pereg. d. art. 53. n. 33. 34. 35.

Sextò, Veritatem irrefragabilem præmiſsæ concluſionis fatentur ipſimet D D. Conſortes in eorum ſcriptura 1698. 28. Novembris in primo capite, dum eo loci reſpondent: *Non diſſentendo ſtar à ragione per quella portione, che hauuto riguardo all' eſtimo 1550 &c. reſtaſse legalmente comprobata la padronia de beni di detto dal Corno fideicommittente tempore vitæ, & mortis.*

Per hanc enim reſponſionem prætendunt tantùm, quod cum bona inter fratres Luſios diuiſa fuerint nulla facta expræſsime quantitatis,

titatis, ad colligendam ipſorum præciſam quantitatem ſtandum ſit æſtimo 1550; non autem æſtimo 1625; & ſic dicto D. Comiti apertè concedunt in cæteris capacitatem ad ipſius medietatem ex fideicommiſso conſequendam per regulam iuris, quod ✠ cum de aliquo diſputatur in cæteris præſupponitur habilitas ad l. qui teſtamento in princ. ff. de teſtam. Pereg. de fideicom. art. 2. ſub n. 5. Crau. conſ. 6. ſub num. 54.

Emergit itaque ex nunc indubitata concluſio, vigore fideicommiſsi D. Io: Baptiſtæ à Cornu reſtituendam eſse Excell. D. Comiti Petro Franciſco à Cornu medietatem bonorum inter Io: Baptiſtam, & Franciſcum fratres Luſios diuiſorum.

Quanta autem debeat eſse iſta medietas, & quonam æſtimo inſpecto certificanda ſit, videbimus in ſequenti quæſtione.

L. D. S.

SVMMARIVM.

1 *Certum eſse per ſe, vel per relationem ad aliud paria ſunt.*

2 *Æſtimum probare identitatem bonorum fideicommiſso ſubiectornm, intelligitur de æſtimo fideicommittentis, vel prædeceſsorum.*

3 *Incrementa facto hominis accedentia non augent hæreditatem ad commodum fideicommiſſarij.*

4 *Hæres non poteſt cogi vt ſit procurator pro fideicommiſſario.*

5 *Fideicommiſsarius debet eſse contentus ius ſuum integrum ſeruari.*

6 *Fideicommiſſum cum debet reſtitui, attenditur eius quantitas tempore mortis fideicommittentis.*

7 *Hæreditatis aditio refertur ad tempus mortis teſtatoris,*
Ex tunc contrahitur obligatio de reſtituenda hæreditate. ibid.

8 *Acquiſita poſt mortem teſtatoris non pertinent ad ſubſtitutos, ſed ad hæredes grauatos.*

9 *In fideicommiſſis veniunt ſolùm acquiſita ex teſtamento.*

10 *Augmentum patrimonij ex induſtria hæredis contigens in hæreditate cedit ad illius commodum.*

11 *Bona inter filios diuiſa præſumuntur à patre in eos profecta.*
Potiſſimum cum diuiſiones fiunt incontinenti, vel parum poſt mortem patris. ibid.

12 *Bona reperta apud fratres præſumuntur à parentibus eis obueniſse.*

13 *Æſtimi quantitas fraudatur, potius in diminuendo, quàm in augendo.*

14 *Bona per hæredem alicuius poſseſsa præſumuntur ab eius auctore emanaſse.*

15 *Bona poſseſsa per hæredes fideicommittentis in loco, ubi teſtator bona poſſidebat præſumuntur fuiſse fideicommittentis.*

16 *Certum per incertum non confunditur.*

17 *Inuentarium vbi per hæredem non eſt confectum omnia bona, per ipſum poſseſsa præſumuntur de ratione fideicommiſſi, & n. 18.*

Digitized by Google

19 *Fideicommiſſaria bona ſi ſint confuſa cum liberis, nec diſcerni poſsit quanam ſunt libera, & quæ fideicommiſſo ſubiecta, & talis obſcuritas cauſata eſt facto poſseſsoris, ipſe tenetur probare qualia ſint libera, alias præſumuntur fideicommiſſaria.*

20 *Præſumptionem habens pro ſe releuatur ab onere probandi.*

Et eo ipſo probare dicitur, quod non probatur in contrarium. ibid.

21 *Qui habet intentionem fundatam de iure, non tenetur probare.*

Allegans id, quod ius commune præſumit dicitur probare, ibid.

22 *Præſumptionem contra ſe habens tenetur probare.*

23 *Opiniones doctorum & rei iudicatæ exempla ubi non ſuadent, opus eſt miraculorum.*

24 *Probatio, quæ fit per propriam confeſſionem aduerſarij vincit quamcumque aliam probationem.*

25 *Confeſſio coràm competente iudice facta pro veritate habetur.*

26 *Confeſsio probat contra confitentem etiam enunciatiuè facta.*

27 *Confeſſio facta in libello probat contra libellantem.*

28 *Petens, ſeu deducens contraria audiendus non eſt.*

29 *Nemo debet petere id, cuius contrarium non eſſet petiturus.*

30 *Sententia facit ius inter partes, & pro veritate habetur, remiſſiuè.*

31 *Et probat contra obtinentes, & eorum hæredes, remiſſiuè.*

32 *De ſimilibus ſemper idem eſt iudicium.*

33 *Quod quiſque iuris in alium ſtatuit ipſe eodem iure uti debet.*

34 *Obſeruantia eſt regina omnium interpretationum, ideoque obſeruanda.*

35 *Obſeruantia cœpta uno modo non debet poſteà variari.*

36 *Æſtimum probat dominium ſumpto argumento affirmatiuè, non autem negatiuè.*

QVÆ-

Digitized by Google

QUÆSTIO SECUNDA.

An pro habenda medietate bonorum inter fratres Luſios diviſorum, & præcipuè Prædii Pramaor, ſtandum ſit æſtimo 1550. An verò æſtimo 1625.

1 PAria ſunt ✠ aliquid eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud l. certum ff. ſi cert. petat; l. ubi autem non apparet §. illud dubitationem ff. de verb. oblig. Jodoc. in commun. opin. Enchirid. parium vel ſimil. jur. Verſ. certum eſſe per relationem. Vnde cum ex diuiſionibus inter fratres Luſios num appareat quanta ſit medietas Prædii Pramaor, quam in præcedenti quæſt. firmauimus reſtituendam Excell. D. Co. Petro Franc. vigore fideicommiſſi Jo: Baptiſtæ à Cornu, ea venit certificanda per relationem ad alterum de duobus ęſtimis 1550 & 1625. ideò quæritur cuinam ipſorum ſtandum ſit?

Et prima fronte videbatur concludendum ſtandum eſſe æſtimo 1550. in quo bona ab ipſomet teſtatore fuerunt denuntiata, non autem æſtimo 1625. in quo deſcripta ſunt bona hæredum hæredis dicti teſtatoris per lungam ſucceſſionem; Et ſic cum in æſtimo 1550. Pramor ſit ſtariorum ſexaginta, & octo, in ęſtimo verò 1625. ſit ſtarionum centum, & nouem, dicendum videbatur id quod ſupereſt detractis ſtariis ſexaginta, & octo, præſumendum eſſe acquiſitum ab hæredibus grauatis, eiſq; deberi, niſi doceatur acquiſitum fuiſſe à teſtatore, vel eo viuente à fraterna, idque potiſſimum ex ſequentibus:

Primo quia † doctores aſserentes identitatem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum probari per ſcriptu- 2
ram æſtimi, loquuntur de æſtimo ipſius teſtatoris fideicommittentis, vel prædeceſſorum, ut clarè habetur apud Peregr. de fideicom. art. 44. num. 7. Alba in Conſ. 6. n. 8.

Secundò, quia apertiſſimi iuris
eſt ✠ quod incrementa facto ho- 3
minis accedentia in rebus hæreditariis num augent hæreditatem ad commodum fideicommiſſarii, uti plenè ſcripſit Peregr. art. 10. n. 15.
ex dnplici ratione; Altera quia ✠ 4
hæres non debet eſſe, nec cogi ut ſit Procurator, aut negotiator pro fideicommiſſario, ut eſt caſus in l. poſtulante §. ſed & in huiuſmodi
ff. ad Trebell; Altera verò quia ✠ 5
fideicommiſſarius debet eſſe contentus ius ſuum integruum ſeruari, non etiam meliorem eius conditionem fieri, ſic præcisè tex. in l. ex aſse ff. eod.

Tertiò quia ✠ in reſtitutione 6
hæreditatis facienda per hæredem grauatum fideicommiſſario uniuerſali, inſpicitur quanta erat tempore mortis teſtatoris ad tex. in l. in fideicommiſſariam §. 1. ff. eod.
Quia ✠ hæreditatis aditio ad illud 7
tem-

tempus refertur, l. hæres quandocumque ff. de acquir. hæred. Et ex tunc contrahitur obligatio de reſtituenda hæreditate, ad tex. in l. ex maleficiis §. hæres ff. de actio ; & obligatio.

8 Et propterea ✠ acquiſita poſt mortem teſtatoris non pertinent ad ſubſtitutos, ſed ad hæredes grauatos, quia ✠ in fideicommiſſis ſolùm veniunt acquiſita ex teſtamento, non aliundè d. l. poſtulante. circa fi. l. debitor §. fi. ff. ad Trebell. l. hęredi §. cum filię ff. de vulga. Crau. conſ. 295. in 7. dubio;

9 (see line above)

10 Unde ✠ ſi hæres ex induſtria ſua mercando patrimonium auxerit, augmentum illud cedit ad proprium illius commodum l. 3. ff. ad l. falcid. Peregr. de fideicom. d. art. 10. n. 16.

HIS TAMEN non obſtantibus contrarium verius concludendum, eſt, nempè in caſu propoſito ſtandum eſſe æſtimo 1625. Adeò ut integra quantitas Pramaor, in eo deſcripta, quantacumque ſit, venire debeat in diuiſionem ad effectum extrahendi medietatem ex fideicommiſſo, quamuis excedat quantitatem æſtimi 1550: niſi probetur, id, quod excedit, ab hæredibus grauatis fuiſſe acquiſitum, quam concluſionem probo ſequentibus fundamentis.

Primò, adduco theoricam, quam tradit Peregr. in tract. de fideicom. art. 44. nu. 21. ubi conclu-

11 dit, ✠ quod ſi filii poſt patris mortem diuidant bona, licet non exprimatur in inſt. diuiſionum, quod fuerint bona paterna, preſumuntur à patre in filios profecta, ſubdens quod id potiſſimum accipi debet, cum poſt mortem patris incontinenti, vel parum poſt diuidant, adeò ut ex temporis breuitate non poſſit colligi, quod illa bona eorum laboribus, & induſtria quæſierint, (ut in caſu noſtro quo Marcus Luſia deceſſit anno 1595. 13. Decembris, diuiſiones verò inter Io. Baptiſtam, & Franciſcum eius filios factæ fuerunt anno 1598.) & hanc pariter theoricam adducit Marzar. in Epith. fideicom. quæſt. 58. ubi conclu-

dit ✠ bona reperta apud fratres 12

perſumi à parentibus, eiſdem fratribus obueniſſe per tex. allegat. in l. 2. c. de patr. pot; & ibi Bal. & per Zaſ. in conſ. 5. lib. 1. Sed Marcus Luſius, primus ſubſtitutus poſt mortem Chriſtophori à Cornu hæredis grauati, anno 1595. quo deceſſit, deſcribi fecit in æſtimo, Pramaor quantitatis ſtariorum centum, & ſeptem ; Ergò eiuſdem quantitatis perſumendum eſt Pramaor inter Io: Baptiſtam, & Franciſcum eius filios diuiſum anno poſtmodum ſubſequenti 1598. Et per conſequens cum hęc quantitas parum diſtet ab ea quæ deſcribitur in æſtimo 1625. ſtariorum centum & nouem, ſequitur ſtandum eſſe dicto æſtimo pro habenda quantitate bonorum inter dictos fratres anno 1598. diuiſorum, maximè ✠ 13

cum policiæ æſtimi fraudentur in diminuendo potius quàm in augendo, ut ait Peregr. d. art. 44. ſub num. 7.

Secundò facit, nàm ✠ bona per 14

hæredem alicuius poſseſſa præſumuntur ab ejus autore emanaſse, ita ex pluribus firmat Menoch. in conſ. 207. vol. 3. Ergò Pramaor

de

deſcriptum in æſtimo fratrum Lu-
ſia 1625. in quantitate ſtariorum
centum, & nouem, preſumitur pro
eadem quantitate in eos emanaſse
ab eorum patre, & auctore Mar-
co, & in hunc pro eadem itidem
quantitate emanaſſe à Chriſt. hæ-
rede grauato, & ſic ſingula ſingulis
referendo, quantitas Pramaor in
diuiſionibus 1598. venit certificari-
da prelationem ad eſtimum 1625.

Tertiò propiùs accedendo ad
confirmationem præmiſſæ conclu-
ſionis, illud penitus indubitatum
15 eſt, quod ✠ Quoties conſtat te-
ſtatorem in aliqua Villa poſſediſse
agros, & prædia, ſi nunc repe
riatur, quod eius hæredes,
& deſcendentes ab hæredibus poſſi-
deant agros in eo loco, & Villa,
omnes preſumuntur fuiſse teſtato-
ris fideicommittentis niſi per ſuc-
ceſſorem nouus titulus exhibeatur;
Quam theoricam tradit infalibi-
bilem Peregr. poſt Crau. Marzar. &
alios allegat. in d. art. 44. num. 22.
dicens, quod hoc verum ſemper
arbitratus eſt, & frequenter in iu
diciis practicauit, & obtinuit, quod
Demonſtrato hoc, quòd teſtator
in eo loco bona poſſederit, ſi hæres
ipſius, & deſcendentes ab eo, cu-
ius fidei hæreditas fuerat commiſ-
ſa, non demonſtrent quæ fuerint
bona ipſius fideicommittentis, &
quæ per eos acquiſita, optima ra-
tione omnia præſumenda ſunt fi
16 deicommiſſaria, Quia ✠ certum
per incertum non confunditur l.
Titia textores ff. delega. 1. l. cum
pater §. viros ff. de lega. 2. l. ſi pa-
ter C. de inſtit. & ſubſtit.

Cæterum quod teſt. in Villa Ca-
lioli poſſideret in fraterna cum
Chriſt. fratre Prædium Pramaor;
patet ex æſtimis 1538. 1542. &
1550. Nullibi autem reperitur,
quod illi de Luſia antequàm fuiſ-
ſent ſubſtituti, & hoc fideicom-
miſſo beneficiati in dicta Villa Ca-
lioli nec unam quidem glebam ha-
berent, Ergò quoties non demon-
ſtrent per eos acquiſita, omnia bo-
na Pramaor deſcripta in æſtimo
1625. perſumenda ſunt de ratione
fraternæ à Cornu, & ſic pro me-
dietate fideicommittentis.

Quartò, ad confirmationem præ-
miſsæ concluſionis magis, ac magis,
urget, ex quo hæredes grauati non
confecerunt inuentarium de bonis
fraternæ tempore mortis teſtatoris,
vel illud malitioſè occultauerunt,
ex quo impeditur diſcerni quænam
ſint bona libera, & quæ fideicom-
miſſo ſubiecta, ✠ Tali namque 17
caſu ex recepta probatiſſimorum
Iuriſconſultorum ſententia omnia
bona præſumuntur fideicommiſſa-
ria, niſi per hæredes grauatos pro-
bentur aliundè quæſita, quam ſen-
tentiam probant inter alios Maſc.
de probat. concluſ. 778. num. 27.
Pet. Ant. de Petra Placent. in tract.
de fideicomm. quæſt. 13. nu. 1368.
dicens, quod ſi hæres ✠ grauatus 18
fideicommiſſo non fecerit inuenta-
rium de bonis relictis per teſtato-
rem omnia bona tenta per eum
perſumuntur teſtatoris, ita ut ipſe
grauatus, vel eius hęredes teneantur
omnia reſtituere fideicommiſſario
ſequitur Fuſar. de ſubſtit. qu. 616.
num. 11. & in ſeq. quæſt. 618. nu.
49. Nec melius, nec apertius loqui
potuit ad caſum noſtrum, conclu-
dens quod ✠ ſi fideicommiſſaria 19
bona ſint confuſa, cum liberis,
adcò

Digitized by Google

adeò ut non poſſit diſcerni quæ ſint libera, & quæ fideicommiſso ſubiecta, & talis obſcuritas cau ſata eſt facto poſseſsoris (ut in caſu noſtro ex defectu inuentarii) ipſe tenebitur probare qualia ſint bona libera, aliàs omnia adiudicanda erunt fideicommiſsaria.

Hanc eamdem concluſionem fir mat Marzar. in Epith. fideicom. in d. quæſt. 58. ex ſenrentia Crau; & Zaſiii citatorum, dicens hoc potiſſimum procedere in antiquis, ut hic.

Quintò, & in conſequentiam præmiſsorum aducitur theorica ir
20 refragabilis quæ habet, quod † ille pro quo ſtat iuris preſumptio releuatur ab onere probandi, & eo ipſo intelligitur probare, quod non probatur in contrarium l. ſuper ſeruis C. qui milit. non poſs. lib. 12 Mant. de coniect. ult. uol. lib. 2. tit. 1. num. 14. Petra de prohib. alienat. bonor. fideicomm. ſubiect. quæſt.
21 15. n. 148. dicens quod ✠ ille qui habet intentionem fundatam de iure, non tenetur eam probare, ſed probat eo ipſo quod allegat id pro quo ius commune diſponit.

22 Et vice verſa † Ei onus probandi incumbit, qui habet preſumptionem contra ſe l. ab ea parte ff. de probatio; l. ſiue poſſidetis C. eod. tit. c. ſi iudex §. vult. de ſent. excommun. in 6. mant. ubi ſupra lib. 1. tit. 2. n. 2.

Vnde cum ex præmiſsis deiure præſumendum ſit, quod prædium Pramaor deſcriptum in æſtimo 1625. fuerit de ratione fraternæ à Cornu, ſatis fundata eſt intentio Exc. D. Comitis id aſserentis, & D. Conſortibus allegantibus illud pro parte aliundè quæſitum, onus probandi incumbit.

Quam quidem infallibilem theoricam ipſimet DD. Conſortes approbare videntur in eorum reſponſione 1698. 28. Nov. ibi: *Douerano eſser eccetuate le ſtale, e fabriche che ſaranno fatte veder eſſer ſtate conſtrutte doppo il teſtamento 1556. & il prato del Bonat de ſtari dodeci acquiſtato dal q; D. Marco Luſa.*

Ex quo enim ſuper de nouo ędificatis offerunt probare, & ſuper prato, quod aſserunt fuiſse aquiſitum à Marco Luſia, produxerunt nonnullas cartas licet inutiles, fatentur ſibi onus probandi incumbere, aliàs teneri ad petitam relaxationem ex fideicommiſso.

Sexto, ſi DD. Conſortes tot, tantiſque iuribus, rationibus, & Doct. auctoritatibus non acquieſcunt ad conuincendam eorum pertinaciam adduco caſum, ſeù iudicium in terminis in hac ſubiecta materia inter DD. Conſortes Bellattos emanatum me patrocinante anno 1676. 4. Septembris, ex quo apparet taliter ex præmiſſis fundamentis fuiſse iudicatum; Si enim hoc aduerſariorum intellectum non ſuadet, & leges, rationes, & tot, tantorumque patrum auctoritates non firmant, neſcio quid amplius adducere, miracula à Deo ſunt deprecanda, etenim † Docto- 23
rum opiniones, & rei iudicatæ exempla ubi non ſuadent opus eſt miraculorum ut ait And. Capan. de fideicom. maſcul. inſpect. 1. ar. 1. n. 66. & art. 4. n. 13.

Septimò, ad quid in re apertiſſima vagare per ambages? Iam non eſt opus ulteriori circuitu, non alia

mentis

Digitized by Google

mentis defatigatione, non ſuperfuſo verborum apparatu. Quandoquidem, quod quantitas fideicommiſſi referenda ſit ad Æſtimum 1625. ipſimet aduerſariorum auctores ita petierunt, ita obtinuerunt, & ita in caſu ſimili obſeruauerunt.

Quod ita petierint patet ex eorum declaratione 1634. 31. Martii, ubi per mortem Franciſci ſine maſculis petunt ex fideicommiſſo medietatem illorum bonorum, quæ ipſe tempore mortis poſſidebat in Villa, & Regula Calioli, & in ſpecie medietatem Prædii Pramaor, & per conſequens medietatem eorum, quæ erant deſcripta ad eius nomen in Eſtimo 1625.

Quod ita pariter obtinuerint patet ex ſententia contrà fœminas ab eodem Franciſco deſcendentes emanata ſub die 20. Octobris eiuſdem anni ibi.

Viſis æſtimis antiquis unà cum recentioribus &c.

Chriſti nomine invocato, &c. Ex deductis in proceſſu declaro ſatis fuiſſe probatam identitatem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum iuxta declarationem dictorum fratrum diei 31. Martii præteriti.

Quod demum ita obſeruauerint apertè deducitur, ex quo ſecutà dicta ſententia, primò dicti fratres ſibi aſſignare fecerunt medietatem fructuum, ſecundò præceptum obtinuerunt contra collonos ut eos recognoſcerent (ut ſemper recogniti fuerunt) tamquàm dominos medietatis totius Prædii, ut videre eſt in præcepto die 26. eiuſdem menſis. Tertiò eamdem medietatem detraxerunt à dicto Æſtimo 1625. & deſcribi fecerunt ad proprium ipſorum æſtimum, ut de detractionibus, patet ibi ſub die 15. Marti 1648. ex quibus omnibus multa deducuntur, quæ influunt ad confirmationem præmiſſæ concluſionis.

Primo ex petitione, & declaratione auctorum partis aduerſæ deducitur quod quantitas Pramaor referenda eſt ad Æſtimum 1625. ex propria ipſorum confeſſione † quæ vincit quamcumque 24
aliam probationem l. cum precum C. deliber. cau. l. 1. C. de confeſſ. l. generaliter C. de non num. pecu. l. qui de inofficioſo ff. de inoff. teſtam. † Confeſſio enim coràm 25
competente iudice facta, pro veritate habetur And. Gail. lib. 2. obſeru. 89. n. 6. Aldou. conſ. 70. num. 3. † Et probat contra con- 26
fitentem etiam enunciativè, & incidenter facta, Ioſeph Ludou. Deciſ. Peruſ. 33. n. 10.

Et in ſpecie, quod confeſſio facta † in libello (ut hic) actori 27
libellanti omninò noceat, & contra eum probet, tradunt Ant. Gabrj. lib. 1. commun. concluſ. tit. de confeſſ. concluſ. 4. nu. 7. Pancirol. con. 13. num. 1. Menoch. Conſ. 199. num. 14. Peregr. conſ. 70. nu. 2. & poſt eos Aldou. d. conſ. 70. n. 4.

Et propterea DD. Conſortes non poſſunt ad præſens petere contrarium eius quod eorum auctores petierunt, vel quod ipſi peterent in caſu ſimili, † quia petens ſeu de- 28
ducens contraria audiendus non eſt l. 1. C. de furt. Aldou. d. conſ. 70. num. 11. Pancirol. Conſ. 97. num. 22.

Digitized by Google

22. † & nemo debet petere id, cuius contrarium non eſſet petiturus in caſu contrario. l. ſi ea lege C. de uſur. l. penul. C. de ſolutio.

Secundo ex ſententia deducitur, quod cum per ſententiam declaratum ſit in caſu ſimili ſtandum eſſe æſtimo 1625. pro habenda quantitate fideicommiſſi, De hoc amplius ambigendum non ſit Quia
30 † ſententia facit ius inter partes, &
31 pro veritate habetur † Et probat tàm contra obtinentes, quàm contra eorum hæredes, & ſucceſſores, ut latè diximus quæſt. 1. nu. 21. & quinque ſeq.

Et per conſequens idem iuris ſtatuendum eſt in caſu præſenti ex forma eiuſdem ſubſtitutionis, quo-
32 niam † de ſimilibus ſemper idem eſt iudicium l. non poſſunt ff. delegib. l. leges 1. C. eod. tit. l. illud. ff. ad l. Aquil. c. inter cætera de reſcript. c. ſuper quodam de ſtatu monac; & reg. & ibi gl; Iodoc. Enchirid. parium, aut ſimil. iur. in princ; ubi probat dictam regulam procedere de iure diuino, canonico, naturali, gentium, & ciuili.

33 Et † quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure uti debet, toto tit. ff. Quod quiſque iur. in ali. ſtat.

Tertiò, ab obſeruantia deducitur, quod ex tunc per maſculos de domo Luſia interpretatum fuit pro habenda quantitate bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ſtan-
34 dum eſſe æſtimo 1625. Etenim † obſeruantia dicitur regina omnium interpretationum, ideoque obſeruanda eſt l. ſi de interpretatione, & l. minimè ff. de legib. l. certiſſimi iuris C. de iudic. Crau. in reſponſo pro genero num. 317. Vbi tradit multa de interpretatione quæ ducitur ab obſeruantia in caſu dubio, And. Capan. de fidoicomm. maſcul. inſpect. 1. art. 1. nu. 49. & † quando uno modo cæpta eſt, non debet poſteà variari Bal. 35
in l. in ſuis col. pen. in princ. Verſ. prætereà ff. de lib. & poſth. per not. in l. verbis ciuilibus, & in l. Centurio ff. de vulga. & pupil. ſubſtit; Mant. de coniect. lib. 3. tit. 2. num 8.

Quibus ſic ſtantibus non obſtant quæ in contrarium deducta fuerunt Ad primum namque reſpondetur, quod doctrina ſcribentium quod æſtimum teſtatoris probat dominium † intelligitur ſumpto 36
argumento affirmatiuè, non autem negatiuè; Etenim valet argumentum: Res deſcripta eſt in æſtimo fideicommittentis, ergò eſt ſubiecta fideicommiſſo, At non ſequitur: Non eſt in æſtimo teſtatoris, ergò non eſt ſubiecta fideicommiſſo, Vt ad ſunt exempla in caſu noſtro, in quo bona acquiſita per fratres à Cornu intra tempus æſtimi 1550. & mortis teſtatoris, & potiſſimum contenta in inſtrumentis 1554. 4. & 5. April. & 2. Maii, & 1555. 2. Ianuarii & 11. Februarii, non ſunt deſcripta in dicto æſtimo 1550. & tamen ſunt pro dimidia teſtatoris, & ſic fideicommiſſo ſubiecta.

Ad Secundum, & Tertium obiectum (idem enim ſunt, & reciprocè ſe habent) reſpondetur cum tex. in l. ea eſt natura 66. ff. de reg. iur. huiuſmodi argumenta eſſe fallacia

Digitized by Google

lacia, & deceptoria, quia per ea ab euidenter ueris diſputatio perducitur ad ea quæ euidenter falſa ſunt. Etenim verum quidem eſt, quod incrementa facto hominis accedentia, prout & acquiſita poſt mortem teſtatoris non augent hæreditatem ad commodum fideicommiſſarii, ſed euidenter falſum eſt, quod Pramaor deſcriptum in æſtimo 1625. in eo quod excedit æſtimum 1550. ſit incrementum accedens facto hæredis, vel grauatorum, aut ab eis poſt mortem teſtatoris acquiſitum, quoniam immò ut diximus totum præſumitur de ratione fraternæ, & per conſequens pro medietate fideicommiſſum, cui præſumptioni ſtandum eſt, & qui vult aliter aſserere, probare debet, per ea quæ ſupra demonſtrauimus.

Stat itaque firma, & inconcuſſa iuris deciſio, pro habenda medietate iure fideicommiſſi reſtituenda, ſtandum eſse æſtimo 1625. niſi probetur id quod excedit æſtimum 1550. ab hæredibus grauatis fuiſſe acquiſitum. Et ita in terminis cum caſu noſtro firmat Card. de Luc. de fideicom. diſcurſ. 194. aſſerens pluries à Rota ita reſponſum fuiſse.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſuccedit in uniuerſum ius defuncti.*

2 *Hæres in fideicommiſſis talem habere debet hæreditatem, qualem habuiſset tempore mortis defuncti.*

3 *Hæres grauatus per aditionem hæreditatis contrahit obligationem ex quaſi contractu cum fideicommiſſario de præſtando fideicommiſſa, & alia relicta.*

4 *Fideicommiſſarius agit obligatione ex quaſi contractu contra hæredem, ut reſtituat hæreditatem.*

5 *Nec non pro rebus ſingulis conſequendis.*

6 *Et nedum contra hæredem ſed contra hæredis hæredem.*

7 *Hæres hæredis repræſentat perſonam defuncti.*

8 *Hæres tenetur reſtituere fideicommiſſario totum aſſem in quo grauatus fuit, & rationem reddere de non extantibus, neglectis, & conſumptis.*

9 *Hæres tenetur pro conſumptis, & non extantibus quæ non apparent alienata ex facto, & perſona teſtatoris.*

10 *Grauatus factis detractionibus ſibi competentibus pro reſiduo tenetur fideicommiſſum reintegrare.*

11 *Hæres bona alienata præſumitur elegiſſe pro ſuis detractionibus Et pro rata detractionum ſuſtinentur alienationes ad commodum poſſeſsorum.*

12 *Hæres non poteſt præciſe agere contra tertios poſſeſſores, ſi remanent tot bona alienantis, hæreditaria;*

Digitized by Google

quæ æquivaleant bonis alienatis.

13 Hæres grauatus ſcienter alienans res fideicommiſſo ſubiectas equiparatur malę fidei poſſeſſori.

14 Pro poſseſſore habetur qui dolo deſinit poſſidere.

15 Hęres fideicommiſsarius babet electionem an agere velit contra hęredem grauatum, an verò contra tertium poſſeſſorem.

16 Hæres tenetur reintegrare fideicommiſſarium ſi quid ex hęreditate diminuerit, aut doloſè, & per deſidiam egerit.

17 Lex non obligat, niſi à die publicationis.

18 Legis natura eſt reſpicere tempus futurum, & illi formam dare.

19 Dictio, decætero, idem eſt, ac ſi dicatur, in futurum.

20 Ratio legis ſufficit ad deciſionem cauſarum.

21 Ratio legis, etiam ſi lex deficiat, ſeruanda eſt.

22 Ratio legis eſt lex.

23 Deficiente lege, recurendum eſt ad rationem legis.

24 Qui vult conſequens, videtur & antecedens uelle.

25 Conceſſo aliquo, ea omnia intelliguntur conceſſa, ſine quibus eo commodè uti non poſſumus.

26 Obiiciens præſcriptionem, fatetur intentionem aduerſarii.

27 Præſcriptio oppoſita contra fideicommiſsum, confirmat fideicommiſſum.

28 Quod una via adimitur, alia via conceſſum cenſetur.

29 Ente ſublato fruſtra quęritur de qualitatibus.

30 Actiones non tranſeunt in fideicommiſsarium ſine reſtitutione.

31 Reſtitutio hęreditatis, & aditio, eoſdem operantur effectus.

32 Aditione hæreditatis rerum dominia, iura, & actiones acquiruntur.

33 Iura hæreditaria ante aditam hæreditatem iacent in hęreditate.

34 Actiones, iura, & rerum dominia non acquiruntur fideicommiſsario ante reſtitutionem hæreditatis. De veritate vide n. 38.

35 Fideicommiſsarius ante reſtitutionem hęreditatis nullum ius habet in ea, nec poteſt agere contra debitores hęreditatis.

36 Reſtitutio hæreditatis eſt duplex alia hominis, & alia legis.

37 Reſtitutio legalis ſufficit in fideicommiſſis.

38 Actiones, & rerum dominia tranſeunt ſine reſtitutione verbali de primo in ſecundum fideicommiſſarium ipſo iure.

Quia lex ipſo iure reſtituit ibid.

39 Fideicommiſſarius non detrahit trebelliauicam à ſequente.

40 Actiones, cum ſemel tranſiuerint ab hærede in fideicommiſſarium, factæ ſunt tranſibiles, & deuolubiles.

41 Statutum Feltri inducit reſtitutionem Fideicommiſſi ipſo iure citrà actum verbi.

42 Statutum ipſum recitatur.

43 Non valenti agere non currit præſcriptio.

44 Præſcriptio introducta eſt in pænam negligentiæ.

45 Pręſcriptio eſt alienatio legalis.

46 Præſcriptio non currit contra legatarium, vel fideicommiſſarium.

47 Præſcriptio incipit currere poſt euentum conditionis.

48 Pręſcriptio in fideicommiſſis non currit niſi à die purificati fideicommiſſi.

Digitized by Google

49 *Nec etiam centenaria, vel millenaria.*

50 *Præſcriptio non currit in poſſeſſionibus indiuiſis niſi per ſpatium 30. annorum.*

51 *In fraterna nulla currit præſcriptio.*

52 *Dictio, Veruntamen, eſt aduerſatiua præcedentium.*

53 *Negatiua uniuerſalis, uniuerſaliter, & ſine ulla exceptione operatur.*

54 *Vniuerſalis affirmatiua omnia comprahendit, quæ aliàs ſub indefinita non comprahenderentur.*

55 *Negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet.*

56 *De iure Veneto nullum ſpacium temporis præiudicat cartis fraternæ compagniæ, vel filialis ſubiectionis.*

57 *Communio impedit præſcriptionem.*

58 *Fraterna compagnia de iure Veneto non prætenditur ultrà fratres, & filios fratrum.*

59 *Fratres ſunt infraterna compagnia quandiù de diuiſionibus non appareat.*

60 *Præſcriptionem opponens ſimilis eſt piſcatori anguillarum.*

61 *Præſcriptionis exceptio eſt incerta, & periculoſa.*

62 *In dubio pronunciandum eſt contra præſcriptionem.*

63 *Præſcriptio eſt iniquum præſidium contra naturalem æquitatem.*

64 *Dominium rei fideicommiſſariæ dicitur eſse habitualiter penes fideicommiſſariam hæreditatem.*

65 *Præſcriptio non currit in fideicommiſſis habentibus tractum temporis ſucceſſiuum.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVÆ

Digitized by Google

An ſuper alia medietate bonorum inter fratres Luſios diuiſorum reintegrandum ſit fideicommiſſum pro medietate bonorum fraterna ad præſens non extantium?

Et an obſtet exceptio præſcriptionis?

PAtrimonium deratione fraternæ à Cornu anteactis temporibus nullibi reperitur diuiſum, quia Chriſtoforus frater teſtatoris illud poſſidebat inſolidum, pro medietate iure proprio, & pro altera medietate tamquàm hæres teſtatoris; Maſculi autẽ de domo Luſia erant hæredes tàm teſtatoris fideicommittentis, quàm eius fratris, & ſic ſemper actio, & paſſio concurebat in eodem ſubiecto; Vnde cum ad præſens, (ex quo fideicommiſſum ad maſculos de aliena familia deuoluitur) diuiſiones ipſæ faciendæ ſint, & tempore mortis defuncti multa bona reperirentur infraterna, quæ non reperiuntur ad præſens, ut videbimus in Quinta quæſtione; In dubium reuocatur an fideicommiſſum pro ipſorum medietate reintegrandum ſit?

BREVITER affirmativè concludendum eſt ex ſequentibus.

Primo, quia planum eſt diuiſiones præſentibus temporibus faciendas eſſe, eo modo, quo fierent inter teſtatorem, & fratrem ſi viuerent, & per conſequens fideicommiſſarium illud idem habere debe-
1 re quod defunctus, quia ✠ hæres ſuccedit in uniuerſum iùs defuncti l.nihil aliud ff. de verb. ſignif; l. hæreditas; & l. heredem ff. de reg. iur; l. hæreditas ff. de acquir. rer. dom.

Et ✠ talem habere debet hæreditatem, qualem habuiſſet tempore mortis defuncti l. quantitas ff. ad l. Falcid. §. quantitas inſtit.eod. l. quia ita §. ſi damnum ff. ad Trebel. Bart. in l. ſi hæres pecuniam ff. eod. in prima oppoſ. Pereg. de fideicom. art. 35. n. 13. 2

Secundo quia ✠ hæres grauatus per editionem hereditatis contrahit obligationem ex quaſi contractu cum fideicommiſſario de præſtando fideicommiſſa, & alia relita ad tex. in l. ex maleficiis §. hæres ff. de actio; & obligatio. & in §. hæres inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc. Quæ obligatio parit actionem ex teſtamento ✠ per 4
quam fideicommiſſarius agit aduerſus hæredem, ut reſtituat hæreditatem gl. in l. 2. in verbo perſonales C. commun. de lega; & in l. penult. §. cum autẽ C. ad Treb. Et nedum ad vniuerſitatem reſtituendam ✠ ſed etiam pro rebus ſingu- 5
lis non reſtitutis gl. notab. in l. fin. ff. de fideicom. hæred. petit. gl. communiter recepta in l. reſtituta in princ. ff. ad Trebell. Et ✠ nedum 6
aduerſus heredem, ſed aduerſus hæredem hæredis ✠ qui eius per- 7
ſonam repræſentat ut habetur in l. quàmvis ff. ad Trebell.

Hæ-

8 Hæres autem hac actione conuentus tenetur reſtituere fideicommiſſario uniſerſali totum as, in quo grauatus fuit, & rationem reddere de non extantibus, conſumptis, & neglectis ad notata in l. mulier §. ſed etenim per illum tex. ff. ad trebell. & in l. cum tale §. Titius ff. de cond. & demonſ. Bal. in l. filiũ quem habentem nu. 35. C. famil. erciſc. Peregr. de fideicom. art. 45. nu. 14.

9 ✠ Vbi dicit in puncto, quod hæres tenetur pro conſumptis, & non extantibus ſtabilibus, que non apparent alienata ex facto, & perſona teſtatoris, & ſic obtinuiſſe pro Nob. Scipione Sanguinatio, & iudicatum fuiſſe pro Magn. Capiuaceis 1574. 28. Ianuarii, conclu-
10 cludens quod ✠ grauatus factis detractionibus de iure ſibi competentibus pro reſiduo fideicommiſſum reintegrare tenetur per tex. pro caſu allegatos in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. in d. l. mulier §. ſed etenim, & in l. ſi hæres inſtitutus §. 1. in l. deducta §. fin. & in l. facta §. 1. ff. eod. tit. optimus tex. in l. plane ſi filium §. qui rogatus ff. de lega. 1.

Nec obſtat ſi obiiciatur, quod fideicommiſſarius debet agere contra ſingulares poſſeſſores bonorum de ratione fideicommiſſi, namque exceptio hæc procedere ſi inter teſtatorem, & eius hæredem factæ fuiſſent diuiſiones, & in bonis alienatis teſtator habuiſſet dominium, præciſum, & particulare, ſecus in caſu noſtro ubi inter teſtatorem, & eius hæredem omnia bona erant communia; Tali namq; caſu procedit theorica, quam tradit Peregr. de fideicom. art. 35. n.
1. 2. 3. & artic. 39. nu. 1. 2. 3. 4. †. 11
Quod ſcilicet grauatus præſumitur ea bona elleggiſſe pro ſuis detractionibus, ſcilicet pro portione ſibi competente, & pro rata ipſius ſuſtineantur alienationes ad commodum poſſeſſorum ad circuitus euitandos, & ne hæres grauatus vexetur à poſſeſſoribus, & ſic ſalua medietate, in qua fuit grauatus potuit de alia medietate liberè diſponere, tamquàm de propria portione. Et hanc eamdem theoricam firmat Marzar. in Epith. fideicom. quæſt. 46. Verſ. *Aduertendum*, ubi
ait † *Aduertendum eſt tamen ad u-* 12
num circa prædicta, quod licet conficiatur inuentarium nihilominus non poteſt in effectu agi præciſe contrà bona ſi remaneant tot bona alienantis hæreditaria, quæ æquiualeant bonis alienatis. Et idem firmant Fuſar. de ſubſt. q. 718. n. 68. Card. de Luca de regal. diſcur. 160. n. 20. & de fideic. diſc. 197. num. 6. 7.
Et in his terminis adeſt etiam caſus in practica ſub die 28. April. 1689. me patroſinante quo obtentum fuit antequam excutiantur tertii poſſeſſores bona fraterna eſſe diuidenda.

Quin immo, & in fortioribus terminis ſi etiam portio teſtatoris fuiſſe diſtincta à portione hæredis grauati, adhuc fideicommiſſarius recte ageret contra ipſius hæredem ommiſſo tertio poſſeſſore rerum quamuis ab eo res ipſas vendicare poſſet ut amplè per iura & DD. allegatos docet Peregr. artic. 45. num. 13. Verſ. adeò, & per tot. præcipue num. 50. eo quia, ut ipſe dicit

Digitized by Google

13 cit n. 15. ✠ Hæres fideicommiſso uniuerſali grauatus ſcienter alienans fideicommiſso ſubiectas æquiparatur malæ fidei poſſeſſori, & ideò contra ipſum tamquàm poſſeſſorem agi poteſt per regulam iu-
14 ris, quod ✠ pro poſſeſſore habetur qui dolo deſſinit poſſidere, l. qui dolo ff. de reg. iur. l. is qui dolo ff. de rei uendic. & ideò ſubdit
15 idem Peregr. ibid. ſub num. 15. ✠ Quod in facultate fideicommiſſarii erit agere contra hæredem grauatum, vel contra tertium poſſeſsorem, & ſic pluries practicaſſe.

Et adhoc allegatur etiam tex. in l. quidem §. ſimul ff. ad Trebell. & in l. plane §. qui rogatus ff. de legat. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 558. n. 1. & queſt. 627. n. 54.

Tertio, ad confirmationem præmiſſæ concluſionis facit tex. expreſſus in auth. contra C. ad Trebell. & per eum Monticul. de Invent. hæred. c. 5. n. 7. circa fi. ubi habe-
16 tur quod ✠ hæres tenetur redintegrare fieicommiſſarium ſi quid diminuerit ex hæreditate, aut doloſe, & per deſidiam egerit.

Quarto, hoc in terminis reperitur deciſum de iure Veneto, & ſic nulla amplius eſt reliqua dubitatio, ad quod probandum adduco primo ſtat. Ven. lib. 4. c. 24. & c. 25. Verſ. Et ſi aliquis, ubi aperte ſancitum eſt, quod ſi aliquis moriatur inteſtatus, & reliquerit tantùm filios, illi æqualiter veniant ad ſucceſſionem, ita quod ſi aliquis à patre vel auo aliquid habuerit, illud imputetur in ſua portione, & tanto minus percipiat, quantum habuerit à patre, vel auo.

Vlterius adducitur lex Sereniſſimi Maioris Conſilii 1619. 7. Iulii, Qua expreſsè cauetur, quod nullus contractus de bonis fraternæ ſine conſenſu alterius fratris teneat quoad eius preiudicium & ſubditur.

Mà ogni obligatione ſia di che ſorte ſi voglia, che dà qui auanti foſſe fatta, ſi intenda per ſempre propria, e ſola di quel fratello, che l' hauerà contratta, & i beni della ſua ſpecialità, e della ſua portione di fraterna à lui aſpettante obligati à pagar, non quelli di altri fratelli in età legitima conſtituiti, COME E GIVSTO E CONVENIENTE.

Adducitur tertiò ſtatutum Venetum prædictum lib. 5. cap. 5. in illis aureis uerbis: *De cætero volumus quod omnes fratres in diuidendis paternis poſſeſſionibus ſint equales, & ſic de omnibus habentibus poſſeſſiones communes undecumque.*

Ex quibus verbis manifeſtè colligitur fratrem à fratre reintegrandum eſſe de eo quod habuit à patre, vel auo, & multò magis de eo, quod ſine eius conſenſu alienauit ratione equalitatis ſeruandæ, & per conſequens illa medietas Pramaor de ratione Chriſtophori, reintegrare debet alteram medietatem, & ſic fideicommiſſum Io: Baptiſtæ, de omnibus conſumptis, & diminutis de ratione fraternæ.

Nec obſtat ſi obiiciatur dictam legem 1619. 7. Iulii longè poſt teſtatoris mortem fuiſſe latam, nec potuiſſe tunc temporis allegari ad deciſionem præſentis ca-

17 caſus, quoniam † nulla lex, con-
ſtitutio, aut decretum obligat niſi
poſtquam fuerit publicatum, ut poſt
multos relatos ſcribit Menoch. conſ.
459. num.29. quem ſequitur Aldov.
18 Conſ. 72. num. 9. Tùm quia † legis
natura eſt reſpicere tempus futurum,
& illi formam dare, non autem præ-
terito, l. leges C. de legib. c. ult. de
conſtit. in 6. tùm etiam ex illis ver-
bis: *da qui auanti*; quod latinè ſo-
19 nat: *de cætero*: † & perinde eſt ac ſi
dictum fuiſſet in futurum, c. de
cætero de teſtib. Menoch. conſ.461.
ſub num.10. Aldou. conſ. cit. 72. nu-
mer. 8.

Reſpondetur namque, quod fina-
lia illius legis: *come è giuſto, e con-
ueniente*: ſtant pro ratione, & ani-
ma legis, in tantum, quod ſi lex
tunc temporis non præcipiebat hoc
fieri, iuſtum tamen, & conueniens
erat ut fieret, ſcilicet pro æquali-
20 tate ſeruanda, quæ ſanè † ratio de-
buiſſet ad deciſionem ſufficere l. ſci-
re oportet §. ſufficit ex naturali iu-
ſtitia ff. de excuſat. tut. Crau. conſ.
21 21. num. 5. & † etiam ſi lex defice-
ret ſeruanda erat c. ſecundò requi-
ris in fi. de appellat. Abb. in c. Ec-
cleſia S. Mariæ col. 5. de conſtit.
22 Quinimò † ipſa ratio eſt lex Bal.
23 in l. ſi quis ſeruo C. de furt. Qua †
ſi lex deficiat, uti debemus d. l. ſci-
re oportet §. conſequens ff. de ex-
cuſat. tutor. And. Capan. de fideic.
maſcul. inſpect. 1. artic. 1. ſub nu-
mer. 16.

Præterquam quod tunc temporis
extabant aliæ leges prædictæ latæ an-
no 1243. quæ verbis claris, nec hæ-
ſitanter prolatis mandabant in divi-
ſionibus inter fratres ſeruari æqua-
litatem, quæ quidem ratio æquali-
tatis ſeruandæ fuit cauſa finalis dictæ
legis 1619. ad quod etiam faciunt
quæ diximus inſp.2. q.1.n.14.15.16.

Impoſſibile autem eſt æqualitatem
ſeruari ſine reintegratione in caſu
diminutionis, ergo lex præcipiendo
æqualitatem conſequenter, & rein-
tegrationem præcipit, quia † qui 24
vult conſequens videtur, & ante-
cedens velle, vulgatis iuribus, & † 25
aliquo conceſſo, ea omnia intelli-
guntur conceſſa, ſine quibus eo com-
modè uti non poſſumus l. verbo vi-
ctus ff. de verb. ſignif. l. legatis ff. de
alim. leg.

Quintò, & ultimò, veriſſima eſt
præmiſſa concluſio ex confeſſis per
partem aduerſam, ex quo DD. Con-
ſortes ſuper reintegratione fideicom-
miſsi petita per D. Comitem, tuen-
tur tantùm præſcript. ibi: *dal 2. ca-
po inſtiamo liberari doppo centenaia
d'anni, e giro de ſecoli*, & ſic à con-
trario ſenſu ceſſante præſcript. con-
cedunt reintegrationem, † etenim 26
obiiciens præſcriptionem fatetur in-
tentionem aduerſarii per ea, quæ
tradit Capan. in d. tract. de fideic.
maſcul. inſp. 1. art. 5. nu. 1. Ver-
ſic. quarto, confirmatur, ubi dicit
quod † præſcriptio contra fideicom- 27
miſſum oppoſita, confirmat fideicom-
miſſum, ergò à ſimili Præſcriptio
oppoſita contra reintegrationem fi-
deicommiſſi eam confirmat.

Et reintegratio una via prohibi-
ta, nempe in caſu præſcriptionis,
alia via conceſſa cenſetur, nempe
ceſſante præſcriptione per regulam †
quod una via adimitur, alia via 28
conceſſum cenſetur per tex. in l. pe-
cuniam ff. ſi cert. petat. l. inter ſoce-
rum §. cum inter ff. de pact. dotal. l.
ſi legatum purè ff. de adim. legat.

Digitized by Google

Peregr. inter conſ. Aldou. conſ. 100. num. 84.

Si enim reintegratio non procederet, ſuperfluum fuiſſet contra eam opponere præſcriptionem, per vul-
29 gatum iuris axioma, quod † ente ſublato fruſtra quæritur de qualitatibus l. ejus qui in prouincia ff. ſi cert. petat. Roland. conſ. 46. num. 23. lib. 2. & ſic tota difficultas verſatur, An obſtet oppoſita præſcriptio nec ne?

DEVENIENDO igitur ad obiectum præſcriptionis dico eam non poſſe procedere, nec ullatenus obſtare ex ſequentibus.

Prænotandum eſt ad confirmationem prædictæ conclnſionis primo
30 quod † ad hoc ut actiones in fideicommiſſarium tranſeant opportet reſtitutionem fieri, uti teſtator rogauit, alioquin non tranſeunt ex Trebelliano, ut ſunt caſus in l. ſed & ſi ante, & in l. mulier in princ. ff. ad Trebell. in l. filiusfamilias §. divus ff. de leg. 1. in l. unum ex familia in princ. in l. cum pater §. hæreditatem & §. à filia pater ff. de leg. 2. & in l. uxorem §. Seiam ff. de leg. 3. & plenè ſcribitur in l. poſt mortem C. de fideicom. Peregr. de fideicom. art. 2. num. 51.

31 Etenim † reſtitutio hæreditatis quoad perſonam fideicommiſſarii eoſdem operatur effectus, quos operatur aditio hæreditatis in perſona hæredis, ut argumentatur Metianus in l. cogi §. ſed & ſimiles & §. ſi ſeruo, & in l. ſeruo invito in princ. & in l. ſi hæres ab eo ff. ad trebell.
32 † & ideò ſicut per aditionem hæreditatis quæruntur rerum dominia, iura, & actiones ad tex. in l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſs. & in l. 1. §. Sceuola ff. ſiquis teſtam. liber. plenè notatur in l. fin. C. de edict. d. Adrian. † Et ante aditam hæreditatem iura hæc in hæreditate iacent 33
d. §. ſceuola. † Ita ante reſtitutionem hæreditatis, rerum dominia, iura, & actiones non acquiruntur fideicommiſſario l. reſtituta ff. ad Trebell. ubi Paul. Caſt. dicit colligendum eſſe ex ipſa lege, quod adhoc 34
† ut fideicommiſſarius ius habeat in hæreditate requiritur reſtitutio, adeò quod ante nullum ius habet in ea, nec poteſt agere contra debitores hæreditarios, ſequitur Rolan. conſ. 78. num. 14. lib. 3. Peregr. d. art. 2. ſub nu. 50. 35

Prænotandum eſt ſecundo, quod
† quamuis reſtitutio hæreditatis ſit duplex alia hominis, quæ ſubdiuiditur in verbalem, & realem, & Alia legis, ut amplè docet Peregr. in d. art. 2. num. 53. & pluribus ſequentibus, † Attamen in materia fideicommiſſi ſufficit legalis reſtitutio † 36 37 38
Unde à primo fideicommiſſario in ſecundum actiones, & rerum dominia tranſeunt ipſo iure abſque alia reſtitutione verbali, quia lex ipſo iure reſtituit l. pen. §. cum autem C. ad Trebell. in tertio caſu, & docet Peregr. ibid. num. 58. ubi dicit hoc procedere ex duplici ratione.

Primo quia † Fideicommiſſarius non detrahit Trebellianicam à ſequente, Secundo quia † cum ſemel actiones tranſierint ab hærede in fideicommiſſarium, factæ ſunt tranſibiles, & deuolubiles. 39 40

Ex alio etiam capite actiones tranſeunt recta via in fideicommiſſarium ex reſtitutione legali, † Quia ſcilicet Lex municipalis Feltri ipſo iure citra actum verbi inducit reſti- 41

tutio-

tutionem fideicommiſſi, Vt clarè patet in ſtatuto lib. 3. Rub. 65. ubi
42 † deciditur quod *ſi ad aliquem deuoluta ſit hæreditas per fideicommiſſum ille ad quem deuoluta fuerit hæreditas mittatur in poſſeſſionem breuiter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii (formalia verba ſtatuti) etiam reſtitutione aliqua non præcedente in fideicommiſſariis hæreditatibus*; De quo ſtatuto alio loco fuſius dicemus.

Quæ quidem omnia euidenter influunt ad comprobationem prædictæ concluſionis. Quando quidem in facto certiſſimum eſt Reverend. Bartholomæum Luſiam, per cujus mortem euenit caſus fideicommiſſi ad fauorem D. Comitis Petri Franciſci, deceſſiſſe anno 1697. de menſe Octobris, & ſic ex tunc tantùm, & non ante hæreditatem ex lege reſtitutam fuiſſe d. D. Comiti, & actiones hæreditarias in eum tranſijſſe, & per conſequens ante illam reſtitutionem agere non potuiſſe per ea, quæ ſupra diximus.

Illud autem in iure penitus indubitatum eſt, quod non † valenti
43 agere non currit præſcriptio l. 1. §. ne autem C. de annui except. l. 1. C. de bon. mater. l. in rebus §. om-
44 nis C. de iure dot. Ea enim † introducta eſt in pęnam negligentiæ. Fideicommiſſario autem agere non valenti nulla imputari poteſt negligentia, ut poſt Bal. citat. argumentatur Peregr. de fideic. art. 41. ſub num. 16.

45 Accedit, nàm † præſcriptio eſt alienatio legalis, quæ videtur prohibita per teſtatorem, ut animaduertit And. Capan. in tract. de fideicommiſſ. maſcul. inſp. 1. art. 5. num. 11. in fi. ex Natta ab eo cit. in conſ. 437. num. 4. & ideo ſi daretur præſcriptio ſequeretur inconueniens, quod ſcilicet prohibitum alienari per actum poſitivum, per actum negativum negligentiæ alienari poſſet, quod abſonum eſt, & contra vulgarem iuris regulam: quod directè non licet, nec per indirectum licere debet.

Vlterius ad confirmationem permiſſæ concluſionis extant text. apertiſſimi in l. fin. §. ſi n autem ſub conditione verſ. ſin autem auaritiæ C. commun. de legat. & in l. cum notiſſimi §. illud autem iuncta gl. ibi in verbo, contractibus Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann.

In primo habentur hæc verba † 46
Nec uſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium, vel fideicommiſſarium procedat, &c. Sed *in his omnibus caſibus legatario quidem, vel fideicommiſſario omnis licentia pateat rem vindicare, & ſibi aſſignare, nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo*; Ergo quid clarius?

In ſecundo deciditur † quod in 47
omnibus contractibus & ultimis voluntatibus ſub conditione (ut hic) præſcriptiones initium accipiunt poſt conditionis euentum. Ergò ex quo uſque ad annum 1697. de menſe Octobris conditio nondum venerat pro D. Com. per ſuperexiſtentiam maſculorum de domo Luſia, merito non potuit incipere, nec currere præſcriptio ante euentum conditionis, ſuper reſtitutione fideicommiſſi, & eius reintegratione.

Prætereà hanc receptiſſimam iuris concluſionem, † quod fideicommiſ- 48
ſario non obſtet exceptio præſcri-

Digitized by Google

ptionis, eaque non incipiat currere niſi poſt conditionis euentum, ſeu à die purificati fideicommiſſi mordicus defendunt eminentiſſimi iuris profeſſores Corn. conſ. 107. lib. 1. conſ. 304. lib.3. dec. conſ.267. num. 4. Socin. Jun. conſ.145. num. 72. & in fi. lib. 1. Pinel. in auth. niſi tricennale num.22. & 35. Menoch. coſi l. 847. numer.14. & infr. qui ex aliorum ſententia affirmat communem eſse opinionem, Molin. de contract. tomo 1. diſput. 79. col. ultim. pariter communem affirmans, Aldou. conſ.94. num.28. Peregr. in d. art.41. num.8.10. dicens hanc ab omnibus receptam eſſe, & num. 16. concludit cum Natta in d. conſ.437.
49 num. 5. † quod hoc caſu non currit præſcriptio etiam centenaria, nec millenaria, & hanc opinionem refert, & ſequitur And. Capan. in d. inſp. 1. art. 5. num. 8. & in ſeq. num. 9. 10. 11. multa alia adducit notatu digna pro fundamento prædictæ conclusionis.

Tandem pro coronide, & ut nulla amplius circa præſcriptionem oppoſitam poſſit inſurgere dubitatio, adduco legem Venetam lib.3. ſtatututorum c.60. Vbi deciditur quod
50 † ſi poſſeſſio inter duos fuerit indiuiſa alter alteri non poteſt in ea præiudicare niſi per poſſeſsione triginta annorum, & ſubditur: *Veruntamen*
51 *† ſi in poſſeſſionibus indiuiſis habent fraternam ſocietatem* (ut in caſu noſtro) *nulla poſſeſſio nocet eis, nec etiam hæredibus, ſeu ſucceſſoribus eorum*.

Ex hoc namque ſtatuto colligitur, quod ſi in primo caſu currit præſcriptio 30. annorum, in ſecundo caſu, nec quadraginta, nec centum, nec mille annorum præſcriptio currere poteſt.

Primo ex natura illius dictionis, (Veruntamen,) † quæ eſt aduerſatiua 52
præcedentibus l. ſi cum filius ff. de donat. l. ſiquis emptionis §. 1. Cod. de præſcript. 30. ann. auth. de hæred. & falc. in princ. col. 1. Rolan. conſil. 71. num. 14. col.2. & per eam datur intelligi, quod lex in hoc ſecundo caſu non loquitur de præſcriptione ordinaria de qua fit mentio in primo caſu, ſed de alia diuerſa præſcriptione.

Secundo ex vi illius negatiuæ uniuerſalis (*nulla poſſeſſio*) † quæ uniuer- 53
ſaliter, & ſine ulla exceptione operatur l. fin. ff. de lib. & poſth. l. ſi is qui ducenta §. utrum ff de reb. dub. Rolan. conſ.99. num.24. lib.4. Crau. conſ.294. n.6.

Sicut enim † uniuerſalis affirma- 54
tiva omnia comprehendit, quæ aliàs ſub indefinita non comprehenderentur Crau. d. conſ.294. num. 4.5. Roland. d. conſ. 99. numer.28. multo magis uniuerſalis negatiua omnia excludit, quia † negatiua potentius 55
negat, quàm affirmatiua affirmet, gl. in l. hoc genus ff. de cond. & demonſtr. & in c. cum dilectus de conſuetud. Crau. conſ.294. numer. 5. in fin. Roland. ibid. n.27.

Et quod dicitur in dicto ſtatuto Veneto, ſpecialius decernitur in lib. 6. cap.9. ibi † *Iubemus etiam quod* 56
nullum ſpatium temporis cartis fraterna compagnia, nec cartis etiam filialis ſubiectionis, ſicut teſtamentis praeiudicare valeat, vel nocere.

Iure quoque communi inſpecto præſcriptio non currit conſtante communione ut habetur apud Oinot. inſt. tit. de actio. §. quædam actiones, de actio-

Digitized by Google

actione fam. herciſc. poſt n.73. in ad-
57 ditionibus litt. A. nàm ✠ ſtante com-
munione alter alterum ſocium agno-
ſcit, quæ res præſcriptionem impe-
dit, l. cum nouiſſimi §. ſed & ſiquis,
l. male agitur Cod. de præſcript. 30.
ann. Oinot. ibid. de act. com. diuid.
numer. 21. in addit.
58 Et quamuis ✠ fraterna compagnia
de iure Ven. lib. 3. cap. 4. non pro-
tenditur ultra fratres, & filios fra-
trum, id tamen intelligitur quoad
effectum communionis bonorum ac-
quirendorum, non verò in acquiſi-
tis, quia in ipſis deciditur in eod. ſtat.
59 ✠ Quod fratres remaneant in frater-
na compagnia quandiu diuiſi non
fuerint, & per conſequens cum inter
teſtatorem, & Chriſtophorum eius
fratrem, & poſt eorum mortem in-
ter eorum hæredes diuiſiones factæ
non fuerint, perinde ipſa fraterna di-
uidenda eſt, ac ſi inter fratres ipſos
diuiſiones fierent.

Idque eo magis procedere debet,
quia ab hac præſcriptione per dict.
legem ſunt exempti non ſolum fra-
tres, vel habentes fraternam, ſed
etiam eorum hæredes, & ſucceſſores.

Ex quibus omnibus colligitur,
quod quemadmodum d. Conſortes
ad miſerabile ſubſidium confugiunt,
ita & miſerè eorum oppoſitio de-
cumbit. Et facit quod dicit Aldou.
in conſ. 47 num 26. per Coſt. cit. in
tract. de facti ſcien. & ignor. cent. 2.
60 diſt. 60. num. 18. quod ✠ præſcriptio-
nem opponens ſimilis eſt piſcatori
anguillarum, qui ob earum lubrici-
tatem ſemper eſt incertus.
61 Incerta enim ✠ & periculoſa eſt
huiuſmodi exceptio ob multa obie-
62 cta, quibus eſt obnoxius, & † in dubio
contra eam opponentem ſemper pro-
nunciandum eſt Crau. conſ. 20. ſub
numer. 9. Aldou. in d. conſ. 47. num.
27. ✠ Eſt namque iniquum præſi- 63
dium contra naturalem æquitatem
per text. in verſ. habeat Nouell. 9.
ut etiam Eccleſ. Rom. gaudeat 100.
ann. præſcript. Bal. in l. 1. C. de præ-
ſcript. 30. ann. Oinot. inſt. tit. de in-
terdict. §. poſſidere, de naturali poſ-
ſeſſ. num. 39. & in tit. de actio. §. ſed
iſtæ, de public. in rem act. numer.
59. Aldou. conſilio 86. numer. 8.

Denique contra præſcript. ✠ in 64
re fideicommiſſaria inſigniter ſcripſit
Cardin. de Luca de fideicom. diſcurſ.
264. num. 3. per Rot. & ibi Doct. in
dec. 220. n. 26. par. 11. Et ratione quia
in fideicommiſſis habentibus trac-
tum temporis ſucceſſiuum dominium
bonorum habitualiter eſſe dicitur
penes fideicommiſſariam hæredita-
tem, & dominium quod habet hæ-
res grauatus, ſeu alter poſſeſſor po-
tius utile, & ſubalternum dicendum
eſt, in quo ipſi dicuntur facere figu-
ram adminiſtrationis in rem pro-
priam, & ideò lapſus temporis non
attenditur.

Et ad rem hanc præſcriptionis vi-
denda ſunt, quæ ſcripſimus infra qu.
7. verſ. Nec obſtat nu. 17. & inf. uſq;
ad finem.

Quamobrem emergit indubitata
concluſio, omnia bona de ratione
fraternæ ad præſens non extantia eſ-
ſe allibranda, & pro medietate ip-
ſorum detractis detrahendis, & im-
putatis imputandis, titulo reinte-
grationis fideicommiſſi deducenda
eſſe tot bona de ratione alterius par-
tis pro valore, ut firmabimus in ſeq.
quæſtione.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis aditio refertur ad tempus mortis defuncti.*

2 *Hæres per aditionem contrahit obligationem cum fideicommiſſario de reſtituenda vniuerſali hæreditate.*

3 *Calculus hæreditatis refertur ad tempus mortis defuncti.*

4 *Hæreditas vniuerſalis recipit augmentum, & diminutionem.*

5 *Peremptiones, & diminutiones rerum citrà factum doloſum, aut culpoſum hæredis pertinent ad fideicommiſſarium.*

6 *Augmenta rerum à natura procedentia cedunt ad commodum fideicommiſſarii.*

7 *Augmenti, & diminutionis æqua eſt proportio.*

8 Et *hæc proportio procedit ex æquitate naturali.*

9 *Hæres, & defunctus cenſentur una, & eadem perſona.*

10 *Grauatus, & fideicommiſſarius ſunt correlatiui.*

11 *Relatiua ſunt, quæ ſimul naſcuntur, & exiſtunt.*

12 *Relatiua ſunt, ex quorum unius poſitione neceſſariò ſequitur poſitio, & alterius.*

13 Ex *poſitione grauati neceſſariò ſequitur poſitio fideicommiſſarii.*

14 *Diſpoſitum ad fauorem grauati, intelligitur diſpoſitum etiam ad fauorem fideicommiſſarii.*

15 *Correlatiuum eadem eſt iuris diſpoſitio.*

16 *Valor bonorum pro legitima, & ære alieno ſoluto, ad fauorem hæredis grauati deducendorum, refertur ad tempus mortis teſtatoris, & nu. 17. & n. 20.*

18 *Augmenta rerum intrinſeca in precio cedunt ad fauorem filii in detrahenda legitima.*

19 *Legitima debetur in ſubſtantia corporum non in precio.*

20 *Alienata per hæredem grauatum pro legitima, & ære alieno ſoluto, imputantur pro precio tempore mortis.*

21 *Æquitas in omnibus maximè verò in iure, ſeruanda eſt.*

22 *Iudex ſemper habere debet præ oculis æquitatem.*

23 *Nemo debet locupletari cum alterius iactura.*

24 *Quod procedit etiam contra minorem, pupillum, &* Eccleſiam.

25 Exceptio, *quod nemo debet locupletari cum alterius iactura non cenſetur rejecta per ſtatutum reijciens omnes exceptiones.*

26 *Qui cum alterius jactura locupletatur dicitur eſſe in dolo.*

27 *Exceptio doli non dicitur excluſa per ſtatutum excludens generaliter omnes exceptiones.*

28 *Vbi agitur de locupletando aliquo cum jactura alterius, judex impartitur officium ſuum etiam non requiſitus.*

29 *Contractus cum jactura alterius initus reſcindi debet ac ſi dolo fuiſſet celebratus.*

30 *Nemo debet petere id, cujus contrarium non peteret in caſu contrario.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVESTIO QVARTA.

Valor bonorum pro reintegratione deducendorum ſit ne referendus ad tempus mortis teſtatoris?

An verò ad tempus reintegrationis?

IN hac queſtione bre-
uiter ad concluſio-
nem accedo, & di-
co quod valor bo-
norum pro reinte-
gratione fideicom-
miſſi deducendorum referendus eſt
ad tempus mortis teſtatoris, adeò
ut ſi eo tempore ad eius hæreditatem
pertinuiſſent ſtaria viginti terræ pro
reintegratione patrimonii diminu-
ti, & ad præſens valor dictaturum
terrarum adeò auctus eſſet, ut ſtaria
decem tanti valerent ex nunc quan-
ti ſtaria viginti ex tunc, non tamen
ſtaria decem tantùm, ſed ſtaria vigin-
ti forent pro reintegratione dedu-
cenda.

1 Primo, quia ✻ quemadmodum
hæreditatis aditio refertur ad tem-
pus mortis teſtatoris l. hæres quan-
documque ff. de acquir. hæred. & ✻
2 ex tunc hæres contrahit obligatio-
nem cum fideicommiſſario de reſti-
tuenda vniuerſali hæreditate ad tex.
in l. ex maleficiis §. hæres ff. de actio.
& obligatio. Ita & ✻ calculus hæ-
3 reditatis ad illud tempus refertur,
tùm in caſu quo agitur cum hærede
falcidio l. quantitas ff. ad l. falcid. §.
quantitas inſtitut. eodem tit. Tùm
etiam quando agitur cum hærede
trebellianico l. quia ita §. ſi damnum
ff. ad trebell. & in ſpecie ſic notat
Bart. in l. ſi hæres pecuniam ff. eod.
in prima oppoſit.

Et ideò fideicommiſſarius talem
habere debet hæreditatem qualem
habuiſſet tempore mortis teſtatoris,
ſcilicet corpora ipſa hæreditaria, ſi-
ue indè illorum pretium auctum ſi-
uè dinutum ſit.

Secundo, quia hæreditas uniuer- 4
ſalis pro ſui natura recipit augmen-
tum, & diminutionem, ut inquit
tex. in l. item veniunt §. item non
ſolum, ff. de petit. hæred. ergò ſi-
cut ✻ rerum peremptiones, & di- 5
minutiones à natura procedentes ci-
trà factum doloſum, aut culpoſum
hæredis grauati pertinent ad onus
fideicommiſſarii l. mulier §. ſed et-
iam l. deducta §. ante diem, verſ.
cum autem ff. ad Trebell. Peregr. de
fideicomm. art. 10. num. 38. periura,
& Doct. cit. ✻ ita per contrarium 6
augmenta rerum à natura proceden-
tia ad eiuſdem fideicommiſſarii com-
modum cedere debent, quoniam ✻ 7
augmenti, & diminutioris æqua, &
naturalis eſt proportio, ut argumen-
tantur Vlpian. in l. 1. in princ. ff. ad
Trebell. Martian. in l. ſcribit Celſus
ff. eod. & in l. in ratione in princ. ff.
ad l. falcid. Papinia. in l. 3. ff. de fun-
do inſtr. Sceuola in l. ſi. §. fin. ff. de
leg. 3. Pomponius in l. ſi ex toto in
princ. & in l. quod in rerum §. 1. ff.
de legat. 1. Paul. in l. Plautius ff. de
cond. & demonſtr. ✻ Et hæc propor-
tio procedit de iur. & æquit. natura- 8
li l. ſecundum naturam ff. de reg. iur.

Et

Digitized by Google

Et in his terminis argumentatur Peregr. in d. art. 10. numer. 17. & ampliſſimè numer. 37. per quatuor urgentiſſimas ab ipſo rationes adductas, quarum potiſſima eſt, Quia fideicommiſſario corpora hæreditaria debent reſtitui, & ideò intrinſecus illorum valor, uti naturale incrementum, vel decrementum, ad eum ſpectat.

9 Tertio ✠ hæres, & defunctus cenſentur una, & eadem perſona l. ſin. C. de impuber. & al. ſubſtit. & hæres ſuccedit in uniuerſum jus defuncti l. nihil autem ff. de reg. iur. §. neceſſarius inſtit. de hæred. qual. & differ. Ergò quemadmodum augmentum, & diminutio pretii naturaliter contingens in bonis teſtatoris, ſeù ad teſtatorem ſpectantibus cederet ad ipſius commodum, & incommodum, ut nemo ſanus dubitat, ita ad commodum, & incommodum eius hæredis ſpectare debet.

10 Quartò, ✠ grauatus, & fideicommiſſarius ſunt correlatiui, quia
11 correlatiua ſunt, ✠ quæ ſimul, & eodem tempore naſcuntur, & naturaliter exiſtunt, ſecundum Bal. in Rub. Cod. de reb. cred. in fin. Ro-
12 land. conſ. 69. num. 25. lib. 4. ✠ & ex quorum unius poſitione, neceſſariò ſequitur poſitio, & alterius l. fin. C. de indict. viduit. toll. Rolan.
13 d. conſ. num. 26. ✠ Ex poſitione autem grauati neceſſariò ſequitur poſitio fideicommiſſarii, cuius contemplatione grauatus fuit, & vice mutua.

14 ✠ Et per conſequens quidquid diſpoſitum reperitur ad fauorem hæredis grauati, & de fideicommiſſario diſpoſitum intelligitur per vulgatum
15 iuris axioma, quod ✠ correlatiuorum eadem eſt iuris diſpoſitio, & idem ius in utroque ſeruandum eſt d. l. ult. C. de indict. viduit. tollen. l. ult. C. de cupreſſ. lib. 10. & ibi Bal. Rolan. conſ. 67. numer. 7. & d. conſ. 69. n. 24. lib. 4. Aldou. conſ. 74. n. 14. quòd argumentum procedit ex eadem ratione, & æquitate per gl. in l. ſi in lege §. ſi domus, in verbis, ſtatim agere ff. loca. Rolan. d. conſ. 69. num. 23.

Verum enim verò ad fauorem hæredis grauati diſpoſitum eſt, quod valor ✠ bonorum pro legitima, & 16
ære ſibi debito deducendorum referatur ad tempus mortis teſtatoris; Ergò idem diſpoſitum intelligitur ad fauorem fideicommiſſarii, ut ſcilicet ut valor bonorum pro reintegratione fideicommiſſi deducendorum referendus ſit ad tempus mortis teſtatoris.

Probatur minor propoſitio ex receptiſſima theorica Peregrini infraſcripta.

Circa creditum, ſeù æs hæredis grauati, in tract. de fideic. art. 35. n. 12. mouet difficultatem, ✠ An eue- 17
niente caſu reſtitutionis hæres grauatus, ſeu hæres hæredis poſſit deducere pro ſuis creditis tot bona hæreditaria pro pretio tempore mortis teſtatoris, & concludit affirmatiuè, dicens hanc queſtione ſæpiſſime in magnis cauſis ventilatam fuiſſe, & ita communiter obtentum fuiſſe Paduæ, & hanc opinionem eſſe receptam, & canonizatam, & ſic in variis cauſis obtinuiſſe ex quatuor ibi poſitis rationibus.

Circa legitimam art. 36. n. 26. excitat aliam quæſtione; ✠ Quid ſta- 18
tuendum ſit de intrinſeco augmento, puta ſi à tempore mortis teſtatoris,

Digitized by Google

ris, uſque ad tempus quo agitur de calculanda legitima prædiorum valor auctus eſt, Vtrum ſufficiat aſſignare filio legitimam in prediis ſecundum valorem præſentis temporis? Et arguendo in utramque concludit negatiuè ea ratione, quia intrinſeca rerum augmenta in
19 precio proſunt filio, ✠ ex quo ipſi legitima debetur non in precio, ſed in ſubſtantia corporum, ut in caſu noſtro, in quo corpora hæreditaria pro dimidia fraternæ detractis detrahendis, habito reſpectu ad tempus mortis fideicommittentis debentur fideicommiſſario.

Tandem art; 39. num. 6. Quærit Tertio An alienata per hæredem grauatum imputanda ſint in ſuas detractiones pro pretio tempore mortis, an tempore reſtitutionis?
20 Et concludit ✠ in legitima filio debita, & in ære ipſi hæredi grauato debito calculum reſſerendum eſſe ad tempus mortis teſtatoris, eo tempore bona æſtimari, & creditum hæredis in corporibus hæreditariis deduci debere.

Et hæc theorica adeò de plano procedit ut Reuer. Bartholomæus Luſia ult. grauatus ſcriptum reliquerit ſuis hæredibus eam ſeruandam eſſe in detractione cuiuſdam legati duc. quinquaginta ibi. *da eſſer fatta tal ſtima al riguardo del valor delle terre in quel tempo.*

Quinto, confirmatur præmiſſa concluſio nam ſi bona ad commodum grauatorum detrahenda ex portione teſtatoris pro ære alieno, & legatis ſolutis, computanda eſſent pro pretio ex tunc, bona autem deducenda ad commodum fideicommiſſarii pro reintegratione fideicommiſſi computarentur pro precio ex nunc, maxima reſultaret iniquitas, & iniuſtitia contra claras legum ſanctiones ✠ in omnibus 21
maximè verò in iuræ æqitatis habendam eſſe rationem l. in omnibus ff. de reg. iur.

Et ideò deciditur in l. Quod ſi Epheſi ff. de eo quod certo loco, quod ✠ Judex ſemper æquitatem 22
præ oculis habere debet.

Sexto, confirmantur ſuperiora, nam ſi in reintegratione fideicómiſſi attendendus eſſet valor bonorum præſentis temporis ſequeretur quod incrementum precii naturaliter contingens in bonis fraternæ teſtatori ſpectantibus à die ipſius mortis cederet ad commodum DD. Conſortum, & ſic lucrum facerent ex re aliena, & locupletarentur cum alterius damno, & iactura † quod iura Diuina, & poſitiua 23
maximè adhorent, prohibent, & interdicunt l. nam hoc natura ff. de condi. indeb. l. iure naturæ ff. de reg. iur. l. reſcriptum §. 1. ff. de diſtractio. pignor. l. iure §. ult. ff. de iure dot. ✠ Quod etiam proce- 24
dit contra minores, pupillos, & Eccleſiam, ut iuribus, & auctoritatibus firmat Aldou. Conſ. 110. num. 33. 34. qui ſubdit hanc exceptionem procedere ex quadam æquitate naturali, & proptereà † 25
numquam cenſeri reiectam per ſtatutum generaliter reiciens omnes exceptiones, ea ratione, quia ✠ 26
qui cum alterius iactura locupletatur dicitur eſſe indolo ✠ exce- 27
ptio autem doli non dicitur excluſa per ſtatutum excludens omnes exceptiones, & ideò Cic. in Offic. inquit: locupletari hominem cum

E ho.

hominis incommodo, atque, iactura, magis eſt contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ homini accidere poſſint.

28 Et propterea ✠ ubi agitur de locupletando aliquo cum iactura alterius iudex impactitur officium ſuum etiam non requiſitus, Menoch. Conſ. 412. num. 28. Aldou.

29 Conſ. 75. ſub. num. 8. ✠ Et contractus cum iactura alterius initus reſcindi debet ac ſi dolo fuiſſet celebratus l. 1. §. an in pupillum ff. de poſ. Menoch. d. Conſ. 412. num. 30. Crau. Conſ. 142. n. 17.

Septimò, ✠ Nemo debet petere id, cuius contrarium non peteret in caſu contrario l. pen. C. de ſolutio; l. ſi ea lege C. de Vſur; Sed ſi pretium, ſeù valor bonorum tempore mortis teſtatoris fuiſſet diminutus, non ſuppleretur per DD. Conſortes; Ergò à contrariò, ſi auctus eſt, non poſſunt eius incrementum prætendere. 30

S V M M A R I V M.

1 *Specialiter expreſſa efficaciora ſunt.*

2 *Quæ tacitè intelliguntur minorem vim habent expræſſis.*

3 *Tacitè ſubintellecta ſtrictius interpratantur, quam expræſſa.*

4 *Veritas quantò magis oppugnatur, tantò clarior eluceſcit.*

5 *Hæres tenetur reſtituere fideicommiſſario totum aſſem, inquo grauatus fuit, & reintegrare fideicommiſſum de conſumptis, & remiſſivè.*

6 *Hæres tenetur reddere rationem fideicommiſſario vniuerſali de omnibus rebus hæreditariis ad eum peruentis.*

7 *Hæres tenetur de conſumptis, & neglectis.*

8 *In fideicommiſſis primus ſecundo, ſecundus tertio, & deinceps tenentur etiam de leui culpa.*

9 *Ex modicitate pretii arguitur contractus pignoratitius.*
Declaratur n. 55.

10 *Nemo plus iuris in alium transfere poteſt, quàm ipſe habet.*

11 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*

12 *In reſtitutione fideicommiſſi quantitas attenditur tempore mortis.*

13 *Calculus hæreditatis refertur ad tempus mortis teſtatoris.*

14 *Grauatus pro ſuis creditis, & pro legitima deducit tot bona non in precio ſed in ſubſtantia corporum pro valore tempore mortis teſtatoris.*

15 *Grauatus, & fideicommiſſarius ſunt correlatiui.*

16 *Correlatiua non debent diuerſimodè iudicari.*

17 *In correlatiuis idem ius ſeruandum eſt.*

18 *Idem iuris eſt de toto ad totum, & de parte ad partem.*

19 *Legitima eſt portio hæreditatis à lege taxata.*

20 *Contractus talis præſumitur, qualis in*

Digitized by Google

in prima ſui figura apparet.

21 *Contractus talis præſumitur, qualis denominatur à contrahentibus.*

22 *Contractus naturam ad cognoſcendum, recedendum non eſt à denominatione contra hentium.*

23 *Voluntas hominis non præſumitur eſſe aliena à verbis.*

24 *Nemo præſumitur id dicere, quod priùs mente non cogitauerit.*

25 *Verba ſunt earum, quæ ſunt in animo paſſionum notæ.*

26 *Nullum maius mentis noſtræ teſtimonium eſt, quàm verba.*

27 *Voluntas hominis conſpicitur in verbis, ſicut facies in ſpeculo.*

28 *Quod verbum non ſonat, nec ſentire dicitur, quia virtus ſermonis non porrigitur ad illud.*

29 *Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant.*

30 *In claris ceſsant interpretationes.*

31 *Verba clara habentur pro textu, cui creditur magis quàm gloſę.*

32 *Contractus verbis claris ſtandum eſt, licet aliæ coniecturæ præponderent in contrarium.*

33 *Contrahentes præſumuntur uti verbis propriis.*

34 *Contractus in dubio denominatur à proprietate verborum.*

35 *Potiſſimum quando effectus conſonat cum denominatione.*

36 *Clauſula, Ad habendum, & clauſula conſtituti, operantur translationem dominii, & poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, & num. 37.*

38 *Pignoris dominium remanet penes debitorem.*

39 *Venditionis natura eſt transferre dominium in emptorem.*

40 *Ex conceſſione in emphyteoſim arguitur dominium concedentis.*

41 *In Emphyteoſi dominium utile in emphyteotam tranſiit, & directum remanet penes concedentem:*

42 *Ex locatione arguitur dominium in locatore.*

43 *Permutatio vicina eſt emptioni.*

44 *Permutatio vicem emptionis obtinet.*

45 *Accipiens rem permutatam ſimilis eſt emptori.*

46 *Permutatio accipitur pro venditione.*

47 *Permutatio duplicem venditionem continet.*

48 *Eius eſt uelle qui poteſt, & nolle.*

49 *Vbi bona recognoſcuntur ab altero neceſſariò infertur de iure, & ſuperioritate illius in dictis bonis.*

50 *Caſtrum qui recognoſcit ab alio, cenſetur omnem ſuperioritatem in eum transtuliſſe.*

51 *Recognoſcere eſt, confiteri rem aliquam ab aliquo tamquam ſuperiore tenere.*

52 *Ex forma procedendi arguitur voluntas diſponentis.*

53 *Ex eo quod ſequitur declaratur qualis fuerit voluntas à principio.*

54 *Æſtimum probat dominium, & nu. 72.*

55 *Ex ſola modicitate pretii non præſumitur contractus pignoratitius, vel ſimulatus.*

56 *Pretium variatur ſecundum varietatem temporis.*

57 *Partum redimendi eſt pars pretii.*

58 *Alienata cum pacto redimendi multò minus valent.*

59 *Pactum de retrocedendo arguit rem viliori pretio eſſe venditam.*

59 *Verbum, teneatur, neceſſitatem im-*

Digitized by Google

portat.

61 Fideicommiſſarius probare debet rem fuiſſe poſſeſſam per teſtatorem tempore mortis. Contrarium tamen uerius n. ſeq.

62 Poſſeſſio, vel detentio probata in vita defuncti præſumitur continuata uſque ad eius mortem.

63 Poſſidere is præſumitur, qui anteà poſſedit.

64 Ex præterito infertur ad præſens.

65 Potiſſimum ubi de inventario non conſtat.

66 Ex poßeſſione defuncti infertur ad poſseſsorem hæredis, & n. 73.

67 Inſtrumentum probat dominium.

68 Etiam ſi enunciatur, in inſtrumentis inter alios conſcriptis.

69 Inſtrumentum probat poſſeſsionem.

70 Inſtrumentum potiſsimum probat contra eum qui habet cauſam ad hæredem grauato.

71 Probans antiquam poſſeſsionem, licet non probet continuam præſumitur continuata.

74 Bona per hæredem alicuius poſeſſa præſumuntur ab illius auctore emanaße.

75 Extremis probatis probantur media.

76 Producens ſcripturam cenſetur approbare omnia in ea contenta.

77 Confeſsio reſultans ex productione ſcripturæ reuocari non poteſt.

78 Præſumptioni ſtandum eſt, donec in contrarium doceatur.

QVÆ

Digitized by Google

Quænam bona, & quomodo ad effectum reintegrandi fideicommiſſum ſint allibranda?

FIrmauimus concluſionem in præcedenti quæſtione tertia; fideicommiſſum reintegrádum eſſe pro medietate bonorum fraternæ ad præſens non exſtantium citrà factum, & cauſam teſtatoris. Sed quoniam
1 ✠ ſpecialius expreſſa minorem habent dubitationem, & efficaciora ſunt l. ſed & ſiquis § quæſitum ff. ſiquis cautio; Deci. in conſ. 197. col. fi. Rolan. in conſ. 1. num. 121. lib. 3. monticul. de inuent. hęred. parte 9. ſub n. 175. Vnde videmus
2 quod ✠ Eaquæ tacitè intelliguntur minorem vim habent expreſſis Abb. in c. Dilecti de foro comp.
3 Rolan. conſ. 66. n. 6. & † tacitè ſubintellecta non ita latè interpretanda ſunt ſicut expreſſa Iaſ. in l. cum quid col. 2. ff. ſi cert. petat. Soc. Iun. conſ. 72. n. 36. vol. 1. Rolan. d. conſ. 66. n. 7.

Ideò vt veritas prẹmiſſæ concluſionis magis in lucem prodeat, de ſingulis bonis occaſione reintegrandi fideicommiſsum allibrandis, in hac quæſtione ſpecialem mentionem faciemus, reſoluendo quæ fortè in aliquibus obijci poſsent. Quá-
4 doquidem ✠ Veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis elucefcit, ſicut aromata magis redolent, quantò magis conteruntur l. fin. §. mixta ff. de muner. & honor. l. Diui. ff. de iurepat. l. offilius ff. de lega. 3. Crau. conſ. 135. n. 18. Roland. d. conſ. 66. n. 1.

Vt itaque quod inſtat agamus; Quæritur de tali facti ſpecie; Anno 1554. 4. Aprilis fratres à Cornu dederunt D. Laurentio Argenta quodam eorum prædium ſitum in Burgo Torteſcgni Ciuitatis Feltri, & receperunt in permutationem diuerſas terras, & domos per Territorium Feltri diſperſos, & tentas ad affictum per varias perſonas in inſtrumento permutationis nominatus in corporibus quatuor, & quinquaginta diſtinctos, hoc pacto: *Quod tranſactis quatuor annis proximè futuris, quatenus ita videatur, & placeat dictis fratribus à Cornu, & eorum hæredibus teneatur dictus ſ. Laurentius, & eius hæredes ea bona redimere ſeù retro accipere in totum, vel in parte, in vna, vel pluribus vicibus.*

Deceſſit Teſtator anno 1556. 13. Decembris, & ſic ante quadriennium pręſtitutum ad retrahendum, & per conſequens ipſe non ſolum, non retroceſſit portionem ſuam dictorum bonorum, ſed immo eam cum omnibus ſuis bonis fideicommiſit, & per conſequens ne retrocederetur prohibuit.

Potuit enim dictum retractum prohibere, ex quo collatum erat in ipſorum fratrum arbitrium, ibi: *Quaternus dictis fratribus ita videatur, & placeat.*

Bona itaque vt præmittitur, In permutatione recepta, ex integro per-

peruenerunt in Chriſtophorum fra-
trem teſtatoris, & hæredem graua-
tum, quorum maior pars è mani-
bus ipſius fuerunt redempta per
illos de Argenta, vt inſtrumenta
deſuper confecta demonſtrant; Cú-
que è quatuor, & quinquaginta
corporibus prædictis, nec vnum
quidem reperiatur ad præſens pe-
nes hæredes grauatos.

QVÆRITVR an, & quomodo
bona vt ſupra in permutationum
accepta ſint allibranda?

Et quod ſint allibrandæ res nul-
ſius eſſe poteſt dubitationis, quan-
doquidem firmavimus in præce-
5 denti quæſtione tertia hæredem, ✠
aut hæredis hæredem teneri reſti-
tuere fideicommiſſario vniuerſali
totum aſſem, in quo grauatus fuit,
& reintegrare fideicommiſſarium
de non axtantibus, & conſumptis
citrà factum, & culpam teſtatoris.
Idque eo magis procedere debet in
caſu noſtro, in quo teſtator deceſſit,
ante quadriennium præſtitutum ad
retrahendum, & omnia dicta bona
in hæredem grauatum peruenerunt,
& pro maiori parte fuerunt ab ipſo
retroceſſa, quia præſumitur, & re-
liqua retroceſſiſſe, vel de eis ad li-
bitum diſpoſuiſſe.

6 Hæres † enim tenetur reddere
rationem fideicommiſſario vniuer-
ſali de omnibus rebus hæreditarijs
ad eum peruentis, ut notant Bart.
Bald. Imol. & Paul. in l. cum tale §
Titius ff. de cond. & demonſtr. &
7 tenetur † de conſumptis, & negle-
ctis, vt docent Mant. de coniect.
vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. n. 3. Crau.
qui alios adducit conſ. 295 in fi. &
conſ. 316. col. vlt. Peregr. de fideic.
art. 10. n. 27. qui n. 28. dicit Barto-
li, & aliorum traditionem ſupra
relatam extendi ad quoſcumque
ſucceſſiuè ſubſtitutos, qui ex fidei-
commiſſo commodum reportarũt,
✠ ut ſcilicet primus ſecundo, ſe- 8
cundus tertio, & deinceps etiam
deleui culpa teneatur, quia par om-
nium eſt conditio, & in omnium
gratiam fideicommiſſum eſt con-
ſtitutum.

MAIOR autem difficultas eſt,
quomodo bona in permutationem
recepta ſint allibranda, An ſcilicet
in ſubſtantia corporum, An verò
in ipſorũ pretio? plurimum enim
intereſt inter utrumque.

Et primo quidem aſpectu vide-
batur dicendum bona ipſa non in
corporibus ſed in ipſorum pretio
eſſe allibranda, quandoquidem ✠ 9
ex modicitate pretij, quo dicta bo-
na fuerunt acquiſita, videbatur ar-
guendum D. Laurentium Argenta
non acquiſiuiſſe Dominium dicto-
rum bonorum liberè, & abſolutè,
ſed potius quamdam annuam pen-
ſionem ſuper dictis bonis conſtitu-
tam per contractum pignoratitium
per ea quæ docet Cepol. in tract. de
ſimulat. contract. num. 100. Et per
conſequens non potuiſſe eorum do-
minium in fraternã à Cornu trans-
ferre per tritum illud iuris axioma,
quod ✠ nemo plus iuris in alium 10
transferre poteſt, quàm ipſe habet
l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. l.
traditio ff. de acquir. rer. dom. Bal.
in l. fin. §. ſed quia noſtra num. 7.
C. commun. delega. vbi per hanc
regulam notat, quod † qui non ha-
bet dominium liberè non poteſt in
alium dominium transferre liberè.

Et propterea vulgato fertur iu-
ris adagio, quod † Reſoluto iure 11

datoris

Digitized by Google

datoris reſoluitur ius acceptorij l. lex vetigali ff. de pignor. c. nuper à nobis de donatio. int. vir., & vxor. Peregr. de fideicomm. art. 40. ſub n. 96. Tiraq. de retr. conuent. §. 3. gl. vn. ſub n. 10.

Prætereà,& inſortioribus terminis poſito etiam quod D. Argenta dicta bona liberè, & pleno iure acquiſiuiſſet, & in fraternam à Cornu tranſtuliſſet. Attamen ſtante pacto de retrocedendo in permutatione predicta ſolemni ſtipulatione valato, ac ſtante retroceſsione maioris partis, omnia ipſa corpora præſumerentur retroceſſa, & ſic non ipſa corpora bonorum, ſed pretium, quo fuerunt retroceſſa allibrandum eſſet.

His tamen non obſtantibus contrarium de iure verius eſt, nempè bona ipſa impermutationem accepta, (ſuprà tamen legitimas detractiones compenſatis imputationibus) non in pretio ſed in ſubſtantia corporum eſſe allibranda; Idque concludentiſsimè probatur ex ſequentibus.

12 Primo, quia † ex quo in reſtitu-
tione hæreditatis facienda per hæ-
redem grauatum fideicommiſſario
vniuerſali, inſpicitur quanta erat
tempore mortis teſtatoris, & ob id
13 † calculus hæreditatis ad illud tem-
pus refertur, vt late diximus ſupra
quæſt. 2. n. 6. 7. & quæſt. 4 nu. 1.
2. 3. ſequitur quod fideicommiſſa-
rius talem habere debet hæredita-
tem, qualem habuiſset tempore
mortis defuncti.

Sed tempore mortis teſtatoris fidei commiſsarius (detractis detrahendis) habuiſset medietatem bonorum in permutationem accepto-rum non in pretio, ſed in corporibus; Ergò bona ipſa non in pretiò, ſed in ſubſtantia corporum ſunt allibranda.

Secundo, confirmatur conclu-
ſio, nàm † hæres grauatus euenien- 14
te caſu reſtitutionis, deducit pro
ſuis creditis, & pro legitima ſibi
debita, tot bona non in pretio,
ſed in ſubſtantia corporum habito
reſpectu quoad ipſorum valorem
ad tempus mortis teſtatoris, ſic in
terminis magiſtraliter Peregr. de
fideicom. art. 35. num. 12. & latius
art. 36. num. 26. & infrà, & latè
diximus quæſt. 4. num. 17. 18. 19.
20. Ergò correlatiuorum virtute
idem dicendum eſt in caſu noſtro,
quia † grauatus, & fideicommiſſa- 15
rius ſunt correlatiui, ut probaui-
mus d. quæſt. 4. num. 10. & infra,
& † correlatiua non debent ad im- 16
paria iudicari, uti arguit Rolan.
in Conſ. 69. num. 27. lib. 4. ſed † 17
idem ius in utroque ſeruandum eſt
ut diximus in d. qu. 4. num. 14. &
15.

Tertiò, † idem iuris eſt de toto 18
ad totum, quod de parte ad
partem l. quæ de tota ff. de rei
vendic. Ergò quemadmodum in
aſſignatione legitimæ, quæ † Eſt 19
portio hæreditatis à lege taxata, ut
ait Peregr. de fideicom. art. 36. nu.
1. corpora hæreditaria uti extabant
tempore mortis defuncti ſunt aſſi-
gnanda, ut ſupra diximus, Ita
etiam in reſtitutione hæreditatis
facienda fideicommiſsario uniuer-
ſali corpora hæreditaria uti exta-
bant tempore mortis teſtatoris ſunt
aſſignanda, & per conſequens bo-
na prędicta nó in pretio,ſed in ſub-
ſtantia corporum ſunt allibranda.

Et

Digitized by Google

Et deueniendo ad reſolutionem obiectorum, non obſtat primum, quod ex modicitate pretij bona in permutationem recepta præſumantur perueniſſe in Argentam per contractum pignoratitium; Talis namq; præſumptio reprobatur verbis contractus, & facto contrahentium, ex quibus omnibus liquidiſſime patet bona ipſa immò perueniſſe in Argentam per contractum meræ, & liberæ venditionis.

In primis itaque ſe offerunt verba tàm diſpoſitiua in inſtrumentis D. Argenta ibi. dedit, *Vendidit* &c. quàm enunciatiua in inſtrumento permutationis ibi: Vnam petiam terræ *Emptam*, &c. unum pratum *Emptum* &c. unam domum *Emptam* &c.

20 Etenim ✠ contractus talis eſſe præſumitur, qualis in prima ſui figura apparet ita Bal. in c. 1. in princ. de feud. dato inuicem l. commiſſo; Rolan. conſ. 40. n. 3. Crau. conſ. 20. n. 1. vbi ex ſententia Abb. in conſ.
21 49. col. 2. lib. 1. Dicit, quod ✠ niſi probetur de vſura, aut ſimulatione, Contractus talis eſſe præſumitur, qualis denominatur à contrahenti-
22 bus; Ideò à verbis, & denominatione contrahentium recedendum non videtur alijs coniecturis in contrarium non apparentibus l. non aliter ff. delega. 3. Rolan. Conſ. 96. n. 15.

23 Voluntas ✠ enim hominis non præſumitur eſſe aliena à verbis,
24 quia ✠ Nemo præſumitur dicere quod prius mente non cogitauerit l. Labeo §. idem Tubero ff. de ſuppellec. lega. c. Secundo requiris, de appellatio. c. fin. de verb. ſignif. c. is autem 22. quæſt. 2. Crau. d. Conſ. 20. num. 2. Roland. d. conſil. 96. num. 16.

Vnde dicit Philoſophus, quod
† verba ſunt earum quæ ſunt in 25
animo paſſionum notæ d. l. Labeo ff. de ſuppell. lega. & † Nullus ma- 26
ius mentis noſtræ teſtimonium eſt, quàm qualitas inſpecta verborum l. ad recognoſcendos C. de ingen. manum. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. n. 4. circa med.

Et ideò dicit Bald. in Conſ. 102. col. 3. poſt med. lib. 3. quem etiam ſequuntur Crau. loco cit. & Rolan. in d. conſ. 96. n. 17. quod † volun- 27
tas hominis conſpicitur in verbis ſicut facies in ſpeculo, & id † quod 28
verbum non ſonat certè nec ſentit, quia virtus ſermonis non porigit ſe ad illud Bal. in Conſ. 409. col. 2. lib. 1. qui in Conſ. 472. col. 1. circa med. lib. 2. adducit rationem, quia ſcilicet † In ore, & mente præſumitur eſſe unum & idem; Talia enim ſunt ſubiecta † qualia prædicata 29
demonſtrant, vt ait Surd. in tract. de alim. tit. 9. quæſt. 36. n. 43.

Cum itaque contractus fuerint concepti per verba importantia meram, & liberam venditionem, & contractus venditionis appellati fuerint à contrahentibus, non ſunt ferendi qui ſecus velint interpretari & ad alia inferre † quia in claris 30
ceſſant interpretationes l. cõtinuus §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de lega. 3. l. non aliter ff. eod. l. 1. § ſi is qui nauem ff. de exercit. act. ✠ ſiqui- 31
dem verba clara habentur pro textu, cui credendum eſt magis quàm gloſæ vt inquit Bal. in Conſ. 333. col. 2. lib. 1. quem refert, & ſequitur Peregr. conſ. 61. num. 4. lib. 3.

Crau.

Digitized by Google

Crau. conſ. 105. ſub. num. 2. qui in
32 Conſ. 20. n. 4. dicit quod † quando verbum contractus eſt expræſſum, ſtandum eſt illi verbo licet aliæ coniecturæ præponderent in contrarium.

Et propterea interpraetari contractum venditionis pro contractu pignoratitio, vel ſenſuali, eſt violare, & impropriare verba contra
33 voluntatem contrahentium ✠ qui præſumuntur uti verbis propriis, non autem impropriis d. l. 1. §. ſi is, qui nauem ff. de exercit. act. Borcholt. Conſ. 14. col. 20. par. 2.

34 Et ideò † denominatio contractus in dubio fieri debet à proprietate verborum l. fin. ubi Iaſ. in 2. not. ff. de cond. ob cau. Bart. in l. cotem §. qui maximos in 5. quæſt. ff. de publicia. & vectigal. Crau. in
35 d. conſ. 20. n. 13. & multo magis † quando effectus contractus conſonat, & compatitur, cum ipſa denominatione (ut in caſu noſtro, in quo omnis effectus huius contractus compatitur cum uenditione, non autem eum contractu pignoratitio, vel cenſuali, ut ſtatim oſtendemus) ut per Bal. in c. 1. qui ſucceſſ. feud. dare tene. & in l. 2. C. commod. Abb. in c. conſtitutus de religioſ. dom. Borcholt. Conſ. 12. col. 31. part. 1. Crau. d. Conſ. 20. n. 6. Aldou. Conſ. 39. n. 34.

Quod autem effectus huius contractus non compatiatur cum contractu pignoratitio, vel cenſuali colligitur ex clauſulis in inſt. permutationis adiectis, Ad habendum &c. item ex clauſula conſtituti, & ex obligatione defendendi res per mutatas tàm in proprietate, quàm in poſſeſſione, quæ omnia operantur translationem dominii, & poſ-
36 ſeſſionis ciuilis, & naturalis ✠ ut de clauſula, ad habendum, tradit poſt alios Menoch. Conſ. 361. nu.
37 39. Aldou. Conſ. 38. n. 7. ✠ Et de conſtituto l. quod mea, & ibi Bart. & reliqui ff. de acqu. poſſeſſ. Oſaſc. Deciſ. Pedem. 133. n. 6. Ioſeph Ludou. Deciſ. Peruſ. 50. n. 6.

Quod quidem D. Argenta facere non potuiſſet, ſi in eum dicta bona per contractum pignoratitium perueniſſent, quandoquidem
38 dominium † rerum pignoratarum penes debitores remanſiſſet l. reſcriptum in princ. ff. de diſtract. pign. Oinot. inſt. tit. quib. alien. licet, vel non §. contra autem in princ. & Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quàm ipſe habet, ut ſupradiximus.

Ergò concludendum eſt tum ex verbis, tùm ex effectu, bona per fratres à Cornu in permutationem recepta perueniſſe in Dominum Argenta per contractum meræ, &
40 liberæ venditionis † cuius natura eſt dominium transfere in emptorem l. clauibus ff. de contrah. empt. l. qua ratione §. 1. ff. de acquir. rer. dom.

Reprobatur prętereà præſumptio, quod bona peruenerint in Argentam per contractum pignoratitium, ex facto ipſorum contrahentium.

Primo, quia D. Argenta dat in permutationem fratribus à Cornu, Vnam petiam terræ aratiuæ *emptam* &c. unum pratum *emptum* &c. unum ſedimen domorum *emptum* &c. & ſic bona, uti in ſubſtantia corporum, & pleno iure acquiſita, non autem ius exigendi

Digitized by Google

penſionem ſuper dictis bonis.

Secundo, quia poſt ipſam permutationem fratres à Cornu anno 1155. die 2. Jan. concedunt ad libellum, ſiue in emphyteoſim partem ipſorum bonorum, quoniam
40 apertiſſimi iuris eſt, quod † Ex conceſſione in Emphyteoſim ar guitur dominium ex parte concedentis ut communiter per Doct. & per Iaſ. in l.1.poſt n. 29. C. de iure Emphy. Clar. l. 4. ſentent. §. Em-
41 phiteoſis quæſt.1.in princ.& ✠ per eam utile dominium in Emphyteotam tranſit, remanente directo penes concedentem l. 1. & l. 5. ff. ſi ager vectig. vel Emphyt. l. 1. §. 1. §. quod ait Præt. ff. de ſuperficieb. Oinot. iuſt.tit. de locat. §. adeò autem ante n. 4.

Tertiò, ex quo die 4. menſis Iunii eiuſdem anni dicti fratres à Cornu adiiciunt libras viginti pro augmento precii ſuper parte dictorum bonorum, & ſubindè ea bona locant aditionario per annos qua-
42 tuor † Etenim ex locatione arguitur dominium in locatore per tex. in l. non ſolet 42. ff. loca. l. qui rem C. eod. Idque abſquæ dubio in caſu noſtro, ubi poſſeſſor eos dominos recognoſcit ibi: *Dictis patronis. locantibus*. Et multò magis ex finalibus verbis locationis ubi conductor ſe obligat finita locatione non ſe impedire.

Quarto premiſſa concluſio liquidiſſime confirmatur ex præcepto diei 11. Sept. ſubſequentis (vulgo *comeato*) eiuſque confirmatione diei 23. eiuſdem menſis ad inſtantiam fratrum à Cornu contra poſſeſſores terrarum huius geneiris; quoniam nullum maius pleni, & abſoluti dominii argumentum dari poteſt in iure, quam poſſeſſores, vel quoquomodo detinentes bona licentiare, à poſſeſſione deicere, & ad libitum expellere poſſe.

Quinto, ad hoc etiam facit inſtrumentum 1556. 4. Iunii, quo dicti fratres à Cornu permutarant bona huius generis, cum aliis bonis ibidem deſcriptis, quod quidem facere non potuiſſent ſi in rebus permutatis dominium non ha-
buiſſent; etenim † permutatio vi- 43
cina eſt emptioni l. 2. ff. de rer.
permutat. & vicem † emptionis ob- 44
tinet l. 2. C. eod. tit. l. Titia, & ibi Bal. ff. de iure dot. l. apud cælſum §. ſiquis autem, Verſ. autoris ff. de
doli except. Et † qui rem permuta- 45
tam accipit emptori ſimilis eſt l. ult. ff. qui ex cau. in poſſeſſ. eat. l. ſciendum §. deinde ff. de ædilic.
edict. Vnde † permutatio à proba- 46
tiſſimis ſcriptoribus uſurpatur pro venditione, ut late Tiraq. de retr. lignag. §. 30. gl. 1. nu. 19. Ex quo
deducitur, quod † permutatio du- 47
plicem venditionem continet, quæ de ſui natura, ut diximus, transfert dominium in emptorem.

Nec obſtat permutationem ipſam factam fuiſſe de licentia Iacobi Podeſtarini bonorum poſſeſſoris, & ſic videri eum fuiſſe dominum, ex quo contractus pendebat ab eius conſenſu, per regulam iuris, quod
✠ eius eſt velle, qui poteſt & nol- 48
le l. 3. ff. de reg. iur. l ſicut in initio C. de actio; & obligatio.

Nam reſp. licentiam dicti Podeſtarini fuiſſe neceſſariam pro intereſſe ſuo non tamquàm dominus, ſed tamquàm poſſeſſor ut patet ibi: *Qui ut aſſeruit recognoſcebat ad aſſi-*

ctum

Digitized by Google

ſtum à dictis fratribus à Cornu inſraſcriptum ſedimen domorum, & clauſuram ab eis permutatum, & permutatam; Ex qua recognitione, & confeſſione clariſſimè patet dominium fuiſse penes dictos fratres
49 à Cornu; Etenim ✠ quando bona recognoſcuntur ab altero, neceſsariò infertur de iure, & ſuperioritate illius in ipſis bonis ita Bal. in l. cenſualis C. de donatio. Cur. Iun. Conſ. 110. n. 2. Crau. Conſ. 20. nu. 11. ubi iuribus, & auctoritatibus
50 firmat, quod ✠ ſi quis recognoſcit ſe tenere caſtrum ab aliquo, cenſetur omnem ſuperioritatem in eum
51 tranſtuliſse, & quod ✠ Recognoſcere eſt confiteri ſe rem aliquam ab aliquo tamquàm ſuperiore tenere.

Ex iſta namque forma liberè diſponendi de bonis in permutationẽ receptis colligitur ea fuiſse acquiſita ex titulo transferente dominium & ſic ex titulo venditionis; Quo
52 niam ✠ ex modo, & forma procedendi arguitur voluntas diſponentis quam viam amplecti voluerit Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum col. 4. ff. pro ſocio Crau. d. Conſ.
53 20. num. 8. & ✠ Ex eo quod ſequitur declaratur qualis fuerit voluntas à principio, l. ſed Iulianus §. perindè ff. ad Macedon. l. cum quis C. de natur. liber. Mant. de coniect. ult. vol. lib. 12. tit. 1. num. 20.

Sexto, ex quo bona ipſa fuerunt in parte deſcripta in æſtimo ſubſequenti 1 5 5 9. ad nomen Chriſtophori, defuncto iàm fratre teſtatore patet bona ipſa fuiſse acquiſita ex titulo transferente dominium per doctrinam probatiſſimam Peregr. defideicom art 44 n 7 & nu 10. in fine, ubi habetur quod ✠ 54
æſtimum probat dominium

Ex quibus omnibus euaneſcit præſumptio, quod ex modicitate pretii arguantur bona fuiſſe acquiſita per contractum pignoratitium, cum immo planum ſit, ea pleno iure fuiſſe acquiſita tùm ex verbis contractus tùm etiam ex facto contrahentium.

Præterquam quod reſpondetur, quod Cepola allegatus in ſequentibus numeris concludit immo † ex 55
ſola modicitate pretij non præſumi contractum ſimulatum, vel pignoratitium.

Præthereà, nulla hoc in caſu poteſt dici pretij modicitas, quia tempore quo per D. Argentam bona permutata fuerunt acquiſita, terræ erant infimi valoris, vt patet ex ſcripturis quā plurimis in proceſſu exiſtentibus; Planiſſimum enim eſt † ex varietate temporum 56
pretij varietatem contingere l. 4. ff. de eo, quod certo loco; l. pretia rerum ff. ad l. falcid. Bart. in l. 2. col. ult. C. de reſcind. vend.

Eoque minus pretij modicitas conſiderari poteſt ſtante pacto redimendi, ✠ quod quidem dicitur 57
pars pretij Aldou. conſ. 68. n. 45. †
& res hoc pacto vendita multò minus valet, vt per Borcholt. conſ. 12. 57
col. 63. par. 1. Et propterea ✠ pactum de retrocedendo adiectum venditioni facit præſumere rem viliori pretio eſſe venditam l. fundi partem ff. de contrahen. empt. Corn. conſ. 224. litt. P. lib. 1. & ſic reſolutum remanet primum obiectum. 59

Non obſtat pariter ſecundum obiectum deſumptum ex pacto de

retrocedendo; Etenim quamuis vigore dicti pacti retractus ex parte D. Argenta eſſet neceſſarius, ibi: *teneatur dictus D. Argenta, &c.*
60 Quia verbum, teneatur, neceſſitatem importat, ita claud. Bertazzol. in addit. ad conſ. crim. Bartholomęi patris conſ. 462. Aldou. conſ. 20. n. 117. Tiraq. de retr. lignag. § 1. gl. 15. n. 1.

Ex parte tamen fratrum à Cornu retroceſſio erat voluntaria, & collata in eorum arbitrium vt ibi: *Quatenus ita videatur & placeat dictis fratribus* &c. per ſupradictam regulam, quod eius eſt nolle, qui poteſt, & velle; Vnde teſtator decedens ante quadriennium ad retrahendum præſcriptum, non ſolum ſuam portionem non retroceſſit, ſed immò ne retrocederetur fideicommittendo prohibuit, & hæc circa primam dubitationem.

Secunda occurrit dubitatio; An bona, quæ apparent acquiſita à fratribus à Cornu ſint allibranda, quamvis non conſtet fuiſſe poſseſſa per eos tempore mortis teſtatoris? & negatiuè videbatur concludendum, † quia ad obtinendum in fi-
61 deicommiſſis non ſufficit probare bona fuiſse teſtatoris, ſed opus eſt probare, quod poſſeſsa fuerint per eum tempore mortis, ita tenet Alba in conſ. 6. ſub num. 10. Crauet. conſ. 316. ſub. n. 5.

Contrarium tamen de iure verius puto; quandoquidem de iure
62 immò verius eſt, quod † poſseſsio, vel detentio probata in vita defuncti præſumitur continuata vſque ad eius mortem pernotata in l. ſiuè poſſidetis C. de probatio. ubi Bal. Paul. & Salic. idem Paul. in l. non ignorabit C. ad exhiben. in terminis Peregr. de fideic. art. 45. n. 20. & art. 44. n. 16. vbi ex hac ratione concludit non eſſe neceſſarium, quod adamuſsim probetur teſtatorem poſsediſse tempore ſuę mortis.

Etenim generaliter † is poſſidere præſumitur, qui anteà poſsedit 63
Ant. Gabri. tit. de præſumpt. præſumptione 10. numer. 1. Borell. conſ. 41. n. 32. Aldou. conſ. 48. nu. 30. Quia † ex præterito infertur 64
ad præſens Petra de alien. bon. fideic. ſubiect. queſtione 12. nu. 11. & ad hoc facit deciſiuè Stat. Ven. in prol. præſumpt. nu. 4. ibi: *Item ſi aliquis probat, quod res aliquando fuit ſua præſumitur † quod ammodo* 65
ſit ſua, & dicimus pro ea ſententiandum niſi contrarium probaretur.

Et hæc concluſio multò fortius procedere debet ubi de inuentario non conſtat, vt hic, quia tunc præſumptiones habentur pro plenis, & legitimis probationibus, uti determinat Pereg. de fideicom. art. 35. n. 28. in fi. & art. 44. ſub n. 25.

Ex poſſeſſione autem defuncti 66
infertur ad poſſeſſionem hæredis appertiſſima legge municipali Feltrenſi lib. 3. Rub. 65. ibi, *ille, ad quem devoluta fuerit hæreditas mittatur in poſſeſſionem earum rerum quas defunctus habuerit &c. vel viſus fuerit habere, tenere, & poſſidere tempore mortis, etiam reſtitutione aliqua non præcedente in fideicommiſsarijs hæreditatibus &c. Et poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio, quæ erat penes defunctum, incontinenti, & immediate eo defuncto intelligatur tranſmiſſa ad hæredem, & illc intelligatur appræhendiſſe ipſam poſſeſſionem.*

Nota

Digitized by Google

Noto verba illa: *Viſus fuerit habere:* ex quibus colligitur in hæredem continuare poſſeſsionem defuncti non ſolum effectiuam, verum etiam præſumptam.

Et prædicta iuris deciſio ſi procedit in hærede in quo poſſeſsio eſt de nouo translata, multò fortius in Chriſtoforo fratre, & hærede teſtatoris, in quo vigore fraternæ poſſeſſio dici debet continuata.

Ex qua indubitata iuris concluſione deducitur allibranda eſse bona infraſcripta.

Libellum lib. 22. 13. facit capitale lib. 378. de quo patet inſtrumento 1522. 11. Iulij.

Petia terræ arrativæ Star. decem in Villa Germini nuncupata Alla riua longa patet inſtrumento 1524. 23. Decembris.

Duæ petiæ terræ altera Star. octo Al Boſco, altera Star. quatuor Al Commun in Regula Calioli patet inſtrumento 1554. 5. Aprilis.

Terra arratiua Star. quinque in Regula Vellai nuncupata, le riue de Saluch, patet inſtrumento 1554. 2. Maij.

Clauſura Starij vnius quartarum trium in Regula Calioli conſtat inſtrumento 1555. 11. Februarii, & multa alia bona huius generis.

67 Etenim † inſtrumentum non ſolùm probat dominium vt docet Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 4.

68 qui n. 19. † ampliat id etiam procedere in inſtrumentis inter alios conſcriptis, in quibus enunciatiuè dicatur de dominio teſtatoris. Ve-

69 rùm etiam ✠ poſſeſsionem l. non idcircò, & ibi Bal. C. de fide inſtrum. Rolan. conſ. 46. n. 20. vol. 2.

Et præmiſſa theorica potiſsimũ locum obtinet, ubi agitur contra eum, qui habuit cauſam ab hærede grauato, vt in caſu noſtro, qui ✠ 70

non poteſt referre quæſtionem dominii, Crau. conſ. 316. ſub num. 5. Marzar. quæſt. 60. Peregr. d. art. 44. num. 6.

Tertiò, quæritur, an duæ petiæ terræ *Alle Sembre*, & *Al murello* nuncupatæ, deſcriptæ ad nomen fratrum à Cornu in æſtimo 1542. & 1550. & ad præſens non extantes, veniant in reſtitutione fideicommiſsi, & per conſequens ſint allibrandæ.

Reſpondetur affirmatiuè primò quia vt diximus ſupra n. 62. & infrà, poſſeſsio probata in vita defuncti præſumitur continuata vſque ad eius mortem, & hoc etiam notabiliter dicit Boer. deciſ. 239. n. 6. ibi † *Et nota quod probans antiquam* 71

poſſeſſionem licet non probet continuam, præſumitur tamen eius poſſeſſio continuata.

Secundo, quia dicta bona poſt mortem teſtatoris reperiuntur deſcripta in æſtimo Chriſtofori eius hæredis de anno 1559. immediatè ſequenti; Vnde † quemadmodum 72

primum æſtimum probat dictas terras fuiſſe in fraterna viuente teſtatore, vt ex pluribus firmat Peregr. art. 44. n. 7. Ita per hoc ſecundum dicta bona præſumuntur emanata in hæredem ex titulo præcedenti, quia † ex poſſeſsione defun- 73

cti infertur ad poſſeſsionem hæredis vt diximus nu. 66. ✠ & bona 74

apud hæredem alicuius reperta præſumuntur ab illius auctore emanaſſe vt diximus ſupra in quæſt. 2. num. 14.

Tertio, quia probatis extremis

† pro-

Digitized by Google

75 † probantur media, & media determinantur ab antecedentibus, & ſubſequentibus l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. delega. 1. l. hæredes palam, Verſ. ſed ſi notam ff. de teſtam. Rolan. conſ. 25. n. 30 lib. 4. Bal. in l. iudicia col. fin. verſ. Quæritur C. de rei mendicat.

Quartò, maior adeſt dubitatio; An ſcilicet terra *Al Calzeron* deſcripta in æſtimo 1559. ad nomen Chriſtophori, ex quo non reperitur in æſtimis fraternæ antecedentibus, ſit allibranda?

Reſpondetur affirmatiuè ex triplici ratione.

Primò, quia vt diximus, Bona per hæredem alicuius poſſeſſa præſumuntur ab illius auctore emanaſſe.

Secundò, quia Auctores D D. Conſortum anno 1634. dictum æſtimum 1559. produxerunt ad cõprobandum, & conſequendum huiuſmodi fideicommiſſum, vnde cenſentur approbaſſe omnia bona in eo deſcripta fuiſſe fideicommiſſo ſubiecta per regulam iuris, quod
76 producens † ſcripturam cenſetur approbare, & confiteri omnia in ea contenta gl. in l. 1, §. editiones, & ibi Iaſ. n. 12. ff. de eden. Bal. in l. alia col. 2. C. de his quibus vt in
77 dign. Quæ † confeſsio reuocari non poteſt ſpecul. tit. de inſtrum. edit. § videndum reſtat col. 3. Aldou. Conſ. 40. n. 13.

Tertiò, & indubitanter, quia patet ex inſtrumento 1566. 2. Maij dictam terram fuiſſe redemptam ex retractu agnatitio uti de ratione fraternæ ibi: *Quocirca dictus Dom. Chriſtophorus ceſſit omnia iura, & actiones, quæ, & quas habebat tàm nomine proprio, quàm D. fratris ſui &c.* Et paulò infra: *Et de euictione ſe obligando quoad factum ſuum, & quondam D. Io: Baptiſtæ eius fratris*; Ergo quid amplius?

Quintò, in dubium reuocatur An alia bona deſcripta in dicto æſtimo 1559. quæ non ſunt deſcripta in æſtimo fraternæ 1550. ſint allibranda?

Reſpondetur affirmatiuè, quoties per D. Conſortes nouus titulus non exhibeatur.

Primo, quia præſumuntur de ratione fraternæ, † cui præſumptioni ſtandum eſt donec in contrarium doceatur, per ea quæ diximus in quæſt. 2. in quinto fundamento n. 20. 21. & 22. 78

Secundò, quia bona acquiſita poſt æſtimum 1550. debuerunt deſcribi in æſtimo ſubſequenti 1559. Vnde cum teſtator deceſserit anno 1556. 13. Decembris, Eouſque acquiſita à fraterna fuerunt deſcripta ad normam Chriſtophori tantùm.

Quemadmodum enim ex documento 1554. 4. Aprilis n. 1. 2. item ex inſtrumentis 5. Aprilis, & 2. Maii eiuſdem anni, Nec non 2. Ianuarii, & 11. Februarii 1555. patet fratres à Cornu multa bona poſt æſtimum 1550. acquiſiuiſse, quæ non potuerunt in ipſo deſcribi, ita credibile eſt cętera bona in æſtimo 1559. deſcripta, fuiſse hoc medio tempore acquiſita.

Sextò, quęritur an domus Dominicalis de ratione fraternæ in contrata Portæ aureæ Ciuitatis Feltri vendita à D D. Fratribus Luſia anno 1577. 20. Februarii, allibranda ſit pro pretio venditionis, an pro

valore

valore ipſius, & quodnam tempus ſpectandū ſit circa ipſius valorem?

Breuiter respondendum eſt domum prædictam allibrandam eſſe attento ipſius valore tempore venditionis, & ratio eſt quia ita etiam detrahenda foret ad commodum hæredis grauati per doctrinam Perege. in cit. art. 35. n. 12. & ita ſeruat praſſis iudiciorum, & ad hoc conferunt quæ diximus ſupra qu. 4. n. 17. 18

SVMMARIVM.

1 *Grauatus fideicommiſſo uniuerſali ex rebus hæreditariis dertrahit credita ſua, debita, & legata pro teſtatore ſoluta.*

2 *Bona per hæredem grauatum alienata, conſumptæ, vel non extantia imputantur in detractiones.*

3 *Heres videtur elleggiſſe bona alienata in ſuas detractiones.*

4 *Mandatum dedando centum intra decem dies continet duo præcepta, alterum dedandis centum, alterum de dandis intrà decem dies.*

5 *Damnatus dare centum intra decem dies, ſi dederit centum, ſed poſt decem dies ſatis præcepto non dicitur feciſſe.*

6 *Legatum certo tempore præſtandum duo compræhendit.*

7 *Conditio prius impleri debet, quàm locum habeat diſpoſitio.*

8 *Conditio pro cauſa habetur.*

9 *Ceſſante cauſa ceſſat affectus.*

10 *In conditione ſummitur argumentum à contrario ſenſu.*

11 *Legatum extinguitur ſi legatarius ante implementum conditionis deceſſerit.*

12 *Legatum relictum Titiæ pro dote ut nubere poſſit, ſi decedat antequam conditio impleatur, legatum extinguitur.*

13 *Legatum relictum filiæ pro dote, præſtandum cum nubet, ante diem nuptiarum non debetur, nec tranſmititur ad hæredes.*

14 *Legatum purum, cuius ſolutio differtur ad tempus omninò venturum, ſi legatarius prius deceſſerit tranſmittitur ad hæredes.*

15 *Secus quando ſolutio differtur ad tempus non omninò venturum.*

16 *Verba hæc legatis adiecta:* Da eſſer datti doi anni doppo il ſuo maridar: *duo importans, ſcilicet conditionem matrimonii & diem præſtationis legati.*

17 *Ante euentum diei obſtat exceptio, & agi non poteſt.*

18 *Præſcriptio actiua in rebus fideicommiſſariis currit ad commodum fideicommiſſarii.*

19 *Augmentum per præſcriptionem contingens in hæreditate, ſe habet ad inſtar alluuionis.*

20 *Alluuiones, ſeruitutes prædiales, & præſcriptiones hæreditariæ dicuntur naturalia incrementa, quæ augent hæreditatem ſicut naturalia*

lia decrementa diminuunt.

21 Legatum eſt donatio à defuncto relicta, & ab herede præſtanda.

22 Præſumptio omnis in veriſſimilitudine poſita eſt.

23 Veriſſimile quod non eſt facit ceſſare præſumptionem.

24 Legatum antiquum præſumitur ſolutum.

25 Contrarium tamen eſt verius, quia ſolutio eſt quid facti.

26 Facta non præſumuntur.

27 Aſſerenti legatum ſolutum onus probandi incumbit.

28 Allegans ſolutionem, tenetur illam probare.

29 Quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſiuè agat, ſiue excipiat, ſiue aſſerat, ſiue neget.

30 Actore non probante reus eſt abſoluendus etiam ſi nihil præſtiterit.

31 Victoria inprobationibus fundata eſt.

32 Probatio debet eſſe clara certa, & concludere per neceſſe, non autem per poſſibile, vel contingenter.

33 Non probat hoc eſſe, quod aliter contingit abeſse.

34 Poſſeſſiua meum, tuum, ſuum, denotant cauſam dominii, & poſſeſſionis.

35 Meum qui dicit, contrariorum virtute alienum, vel commune excludit.

36 Legatum dubium, aliorum legatorum contemplatione dignoſcitur.

37 Aſſertio teſtatoris in ſuo teſtamento probat rem fuiſſe ſuam aduerſus hæredes, & eius ſucceſſores.

38 Hæres non poteſt mentiri teſtatorem.

39 In dubio teſtator videtur magis legare rem propriam, quàm alienam.

40 Vltimæ voluntates àdinuentæ ſunt, ut quis de rebus propriis diſponat.

41 Maritus, & uxor non debent ad imparia iudicari.

42 Bona mariti ſunt tacitè hippotecata mulieri pro dote ſua à die, quo fuit tranſducta, de iure Veneto.

43 Res iudicata facit ius inter partes.

44 Res iudicata facit, ut alterius quærendum non ſit.

45 Dotalia interuſuria remiſſa cenſentur per taciturnitatem longi temporis, & mortem mariti, contrarium tamen verius n. 64.
Et declara prout n. 79.

46 Statum diſponens, quod ſoluatur intereſse dotis validum eſt, & obſeruandum.

47 Statum præſumitur uſu receptum, moribus utentium approbatum, & in viridi obſeruantia.

48 Statutum qui dicit non eſse in viridi obſeruantia, tenetur probare.

49 Statutum non tollitur per non uſum, ſed per contrarium uſum.

50 Statuti deciſionem pro ſe habens dicitur habere intentionem fundatam, atque rem certam, & claram.

51 Statuti deciſio ubi extat ſuperflua, & inanis redditur omnis diſputatio.

52 Ius petendi intereſse dotis tranſit ad hæredes mariti.

Digitized by Google

53 *Dos datur ad ſuſtinenda onera matrimonii, & ſuccedit loco alimentorum.*
54 *Iniquum eſt, & ab omni iure alienum, plus eſſe in detractionibus, quàm in ſolutionibus.*
55 *Compenſatio reputatur ſolutio.*
56 *Conditio ſoluendi impletur per compenſationem.*
57 *Compenſare poteſt, qui ſub iureiurando promiſit ſoluere.*
58 *Acta ſunt veluti vehiculum ad ſententiam.*
59 *Proſecuta litis magis attenduntur, quàm libellus, & petitio.*
Præcipuè de iure Veneto ibid.
60 *Sententia lata ad unum effectum, ultrà illum operari non poteſt.*
61 *Sententia lata inter alios, tertio non præiudicat.*
62 *Quamuis ab Imperatore ſententia dicta ſit.*
63 *Longa taciturnitas intelligitur decem annorum.*
64 *Intereſſe dotis non cenſetur remiſſum per longam taciturnitatem, & morte mariti ſubſecutam.*
65 *Remiſſio habet vim donationis.*
66 *Donatio in dubio non præſumitur.*
67 *Nemo rem ſuam iactare præſumitur.*
68 *Donatio inter virum, & uxorem non præſumitur.*
69 *Donatio eſt prohibita inter virum, & uxorem.*
70 *Donatio non præſumitur, quando agitur de remittendis uſuris.*
71 *In actionibus perſonalibus, & officio iudicis minori ſpacio, quàm triginta annorum non præſcribitur.*
72 *Vſuræ dotales æquiparantur fructibus dotis.*
73 *Maritus, qui patitur uxorem percipere fructus dotis tacendo, non videtur illos remitrere.*
74 *Maritus poteſt petere uſuras dotales.*
75 *Hæres cenſetur eadem perſona defuncti.*
Hæres mariti poteſt petere uſuras dotales ibid, & n. 77.
76 *Hæres eſt eiuſdem poteſtatis, ut defunctus.*
78 *Hæres nemo alicuius eſse poteſt, niſi vita functus ſit.*
79 *Tex. in l. Vir uſuras ff. de donatio. inter vir. & uxor. per quod deciditur, quod per longam taciturnitatem, & mortem mariti intelligantur remiſſæ uſuræ dotales, declaratur procedere in uſuris odioſis.*
Item in uſuris promiſſis ibid. & num. 80. 83.
Item in donatione facta per maritum uxori, quæ morte confirmatur ibid. num. 81.
Item ubi mulier promiſſit uſuras ibi. num 83
82 *Quod non eſt confirmari non poteſt.*
84 *Remiſſio uſurarum, ut præſumatur requiritur ultra curſum temporis, charitas ſanguinis, & redditio rationis ſæpius facta.*
Solus curſus temporis non inducit tacitam remiſſionem ibid.
85 *Taciturnitas inducit remiſſionem uſurarum, quando tacens eo animo non petiit ut gratior ſit.*

Digitized by Google

ſit.

86 *Incrementa facto hominis accedentia cedunt ad commodum grauatorum.*

87 *Heres tenetur deteriorationes bonorum hæreditariorum reficere.*

88 *Cum melioramentis deterioramenta ſunt compenſanda.*

89 *Acquiſita per hæredem grauatum non veniunt in reſtitutione fideicommiſsi.*

90 *Res propriæ hæredis non continentur in fideicommiſso.*

91 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

92 *Comparatio literarum ut rectè fiat multa requiruntur.*

93 *Comparatio fieri debet non ſolum in ſcriptura, ſed etiam in ſtylo.*

94 *Comparatio literarum plene, & concludenter non probat.*

95 *Ex ſimplici literarum comparatione iudicandum non eſt ſcripturam eſſe manu alicuius ſcriptam.*

96 *Comparatio decipere ſolet oculos peritiſsimorum.*

97 *Probatio per comparationem literarum eſt periculoſa.*

98 *Comparatio literarum ut admittatur, requiritur, quod qui petit eam fieri, iuret nullam aliam habere probationem.*

99 *Comparatio literarum facta ſuper ſcriptura inualida, nullius eſt momenti.*

100 *Quod non habet ſubſtantiam, accidens recipere non poteſt.*

101 *Nuda, & ſimplex ſcriptura nihil probat.*

102 *Copiæ plus credendum non eſt, quàm originali.*

103 *Referenti non creditur niſi conſtet de relato.*

104 *Inſtrumento utens debet non ſolum illud producere, ſed etiam omnia inſtrumenta in eo relata.*

105 *Præſumptio eſt contra non producentem inſtrumentum.*

106 *Argumentum non currit ab æſtimo ad dominium negatiue.*

107 *Imputari debent inde tractiones mobilia, ſemouentia, pecunia, fructus, & credita.*

108 *Heres tenetur rationem reddere fideicommiſsario de omnibus inuentis in hæreditate, adminiſtratis, & dilapidatis.*

109 *Fructus in hæreditate reperti dicuntur pars hæreditatis.*

110 *Hæres ſi eſt creditor defuncti ſibi ipſi ſoluiſse videtur.*

111 *Dotes debent reſtitui ſuper mobilibus de iure Veneto.*

112 *Relatiuum eſt rei præcedentis repræſentatiuum.*

113 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantiis.*

114 *Appellatione mobilium, veniunt mobilia, ſemouentia, fructus in hæreditate reperti, & pecunia.*

115 *Inuentarium eſt caput rationum reddendarum.*

116 *Fideicommiſsario leuiores probationes ſufficiunt, ubi grauatus ommiſsit facere inuentarium.*

117 *Inuentarium ubi deficit, index procedere poteſt ex coniecturis, & præſumptionibus, quæ habentur pro plenis probationibus.*

118 *Legatum unum ex aliis declaratur.*

119 *Verba unius capitali teſtamenti, intel-*

Digitized by Google

liguntur ſicut teſtator in alio accepit.

120 *Pecuniam ubi probatum eſt extitiſſe alleganti eam fuiße impenſam onus probandi incumbit.*

121 *Res permutata ſuccedit in locum rei permutatæ.*

122 *Actiones actiuę competentes hæredi grauato non pereunt per aditionem hæreditatis abſque innentario.*

123 *Hæres grauatus quamuis non fecerit inuentarium, actiones paſſivæ contra ipſum fideicommißario competentes non pereunt.*

124 *Hæres grauatus ſiuè debitor, ſiuè creditor ſit hæreditatis, hyppothecæ & obligationes non diſoluuntur.*

Digitized by Google

QVÆSTIO SEXTA:

Quidnam in reintegratione fideicommiſſi ſit detrahendum? Quidue in detractiones ſit imputandum?

1 GEneraliter proditũ eſt ✠ grauatum fideicómiſſo uni. uerſali eueniente caſu fideicommiſſi ex rebus hæreditariis tantum detrahere poſſe, quantum capiunt credita ſua, & debita, ac legata hæreditaria per ipſum ſoluta, ut plenè docet Pereg. de fideicomm. art. 35. num. 1.
2 & per tot. In ipſas ✠ autem detra-
ctiones imputari bona per hęredem
grauatum alienata, conſumpta,
vel non extantia tempore reſtitu-
tionis, adeò ut tantò minus detra
hat, quantum capiunt bona præ-
dicta per inſignem Theoricam Pe-
regr. ind. tract. de fideicomm. art.
39. num. 1. uſque n. 6. qui ſub. n. 9.
Verſ. Quinto quia, dicit hoc ideò
3 procedere quia ✠ hæres videtur
bona alienata elegiſſe in ſuas detra-
ctiones.

Verum quia particulariter expreſſa maiorem habent efficatiam, ut diximus in proæmio quæſtionis antecedentis n. 1.

Ideò pro perfecta huius quæſtionis reſolutione examinabimus.

Primò, quidnam in huiuſmodi fideicommiſſo ad commodum grauatorum ſit ſpecialiter detrahendum?

Secundo, quidnam in detractiones ad commodum fideicommiſ. ſarii ſit particulariter imputandum

Quod attinet ad primam partem huius quæſtionis circa detractiones Primo ſe offerunt detrahenda legata Patribus Reformatis ex Conuentu S. Spiritus, Sancto Monti, & Eccleſiæ Cathedrali Feltrenſi in omnibus pro ſumma lib. 100. nec nó impéſa funeris, ac aliorum Diuinorũ officiorũ pro teſtatore ad ter. minos iuris ex quo de eorum ſolutionibus edoctum fuit, nec circa hoc ex præmiſſis ullatenus dubitandum eſt.

Secundò, Teſtator reliquit quin. que ſuis neptibus quædá legata, quę ſolùm præſtari voluit duobus annis poſtquam nupſerint, vel moniales factæ fuerint, Quæritur an huiuſmodi legata detrahi poſſint?

Reſpondetur ea tantum detrahi poſſe, in quibus duo copulatiuè probata fuerint, ſcilicet caſum ſolutionis eueniſſe, & ſolutionem cum effectu factam fuiſſe.

Quemadmodum enim ✠ Man- 4
datum dedando centum intrà decẽ
dies continet duo præcepta, alterum
dedandis centum, alterum dedan-
dis intrà decem dies, & damnatus
ita daret ſi dederit centum, ſed poſt 5
decem dies, ſatis præcepto non dici.
tur feciſſe ſed pæna commiſſa eſt l.
cælſus §. ſed & ipſe ff. de recep. arb.
c. cum dilecti, de dolo, & contum.
Ita etiam ✠ legatum certo tempore 6
præſtandum (ut in caſu noſtro duo
comprehendit l. ſi mihi, & tibi
§. 1. ff. de leg. 1. & ibi explicat
Imol. num. 4. idem in l. 1. num. 14.
ff. de condit. inſtit. Bal. in l. 1. C.
de his, quæ penæ nom. Aldou.
Conſ. 19. num. 24. Alterum de
præſtando legatum, alterum de eo

præ-

Digitized by Google

præſtando duobus annis poſtquàm nupſerint.

Primò itaque caſus ſolutionis probari debet; Etenim legata præſtanda duobus annis poſtquàm nupſerint, intelliguntur relicta ſub conditione matrimonii,& per conſequens in eorum præſtatione expectari debuit euentus conditionis
7 matrimonii, ſiquidem ✠ conditio prius impleri debet, quàm locum habeat diſpoſitio, l.Meuius; l. filio familias ff. de conditio;& demonſt.
8 l.legatum C. de conditio inſer. ✠ Conditio namque pro cauſa habetur Bart. in l. à Titio ff. de verb. obligat. Aldou. Conſ. 70. n.133. &
9 ceſſante cauſa ceſsat effectus c. cum ceſſante de appellatio. Aldou. ibid. num. 134.
10 Quinimmo† in conditione ſummitur argumentum à contrario ſenſu, ita Surd. in tract.de alim. tit. 6.qu. 11. n. 2. Ergò ſi legata erant præſtanda duobus annis poſtquá nupſerint, A contrario ſenſu ſi numquam nupſerint, numquam præſtari debuerunt.
11 In ſpecie autem † quod legatum extinguatur ſi legatarius ante implementum conditionis deceſſerit, loci legum notiſſimi ſunt, l. intercidit ff. de conditio; & demonſtr. l.un;§.ſin autem aliquid ſub conditione C. de caduc. tollen. Mant. de coniect. ult. vol. lib. 11.tit.20.n.1.

Præterea ad omnimodam præmiſſorum confirmationem adducitur idemMant. l. 8. tit.5.n.23. Vbi
12 determinat, quod ✠ ſi legatur Titiæ pro dote, ut nubere poſſit, & decedat ante implementum conditionis, legatum intercidit, & apud hæredem remanet per tex.ibid.allegatos.Et melius l.11.ti.18.n.20.Aduertit ex ſent. Ang. in l. ſeius saturninus n.2. ff. ad Trebell. quod ✠ ſi 13
teſtator reliquit filiæ centum pro dote, quæ ſolùm præſtari voluit cũ nuberet (ut in caſu noſtro, duobus annis poſtquàm nupſerint)ante diẽ nuptiarum numquam venit dies præſtationis licet legatum ſit purum, & ſi decedat ante nuptias, nihil tranſmittit ad hæredes;ſubdens,
quod † Quamuis legatum purum 14
cuius ſolutio differtur ad tempus omninò venturum,tranſmittitur ad hæres ſi legatarius prius deceſſerit, ut ſi teſtator dixerit, Quod legatũ ſoluatur cum legatarius ad legitimam ætatem peruenerit; Tamen † 15
quando ſolutio differtur ad diem non omninò venturum (ut in caſu noſtro ſi prius deceſserit legatum extinguitur.

Et in fortioribus terminis,poſito quod conſtare de matrimonio, nõ per hoc caſus ſolutionis dicitur eueniſſe,quandoquidem verba illa† legatis adiecta : *Da eſser dati doi anni* 16
doppo il ſuo maridar: duo importãt, ſcilicet conditionem matrimonii, ſub qua legatum eſt,& diem pręſtationis,ipſius legati, Vnde per matrimonium impleta eſt conditio,& ſic ceſſit dies legati, ſed non venit dies præſtationis, quia debuit expectari biennium ✠ antequod agi 17
non potuit,quia obſtabat exceptio, & ita diſtinguit tex. apertus in l. ſi poſt diem ff. quando dies lega. ced. & in l. 3. & l. pen.C. eod.& per eos Oinot. inſti. tit. delega. §. ſi peculium n. 4. & ſeq.

Secundò, ſi etiam prædicta omnia probata fuiſſẽt,non tamẽ ſufficerent cũ etiá probari debuerit ſolutionẽ

cum

Digitized by Google

effectu factam fuiſse. Non enim licet arguere, Conditio matrimonii eſt impleta, & biennium tranſactum eſt, & ſic ceſsit, & venit dies ſolutionis, Ergò legata fuerunt ſoluta; Quoniam eſse poteſt, quod intra biennium neptes deceſſerint, & ſic ad hæredes quidem actionem tranſmiſerint per tex. alleg. ſed ipſi hæredes legatum petere neglexerint, & ſic actio legati præſcripta
18 fuerit, quo caſu ✠ Præſcriptio intelligeretur decurſa ad commodũ fideicommiſſarii per tex. in l. veniunt, & in l. ſeq. ff. famil. Herciſc. & ita in terminis decidit Peregr. de fideicom. art. 10. n. 11. ubi dicit, ita ex iudicio duarum conformium obtinuiſse, ea ratione in-
19 ter alias, quia ✠ augmentum per præſcriptionem contingens in hæreditate, ſe habet ad inſtar alluuionis, quæ paulatim acquirit, & propterea ſub n. 37. ibid. conclu-
20 dit, ✠ quod alluuiones, ſeruitutes prędiales, præſcriptiones hęreditariæ, ſunt naturalia incrementa, quę augent hereditatem, ſicut naturalia decrementa diminuunt.

Vlterius dicitur, quod horum legatorũ ſolutio ſpectabat ad Chriſtophorum hęredem tùm ex teſtatoris ordinatione, ibi: *Da eſſergli dati per miſ. Chriſtoforo ſuo herede;* tùm etiam ex legis diſpoſitione,
21 quia ✠ legatum eſt donatio à defuncto relicta, & ab hęrede præſtanda l. legatum eſt ff. de lega. 2. Oinot. inſtit. tit. de lega. in princ. ſub n. 5. in fi. Qui quidem Chriſtophorus erat diligentiſsimus paterfamilias, qui non ſolum de ſeriis, ſed etiam de ſingulis nugamẽtis memoriam ſeruabat, vt patet ex actis, & ideò ſi hęc legata ſoluiſset, vel ſibi cautionem fieri curaſset, vel de ipſorum ſolutione memoriá fecisset, prout fecit de impenſa funeris vxoris teſtatoris, de reſtitutione ipſius dotis, ac de cæteris legatis, & debitis hæreditariis ſolutis; Vnde cum de ipſorum legatorũ ſolutione nullibi appareat, præſumptio eſt, quod fuerint potius præſcripta, quá cum effectu ſoluta.

Etenim ✠ omnis pręſumptio in veriſimilitudine poſita eſt c. quia verisimile de præſumptio. ✠ Qua 22
verisimilitudine ceſsante nihil operatur præſumptio Peregr. conſ. 2. num. 80. & inf. lib. 2. Aldou. Conſ. 26. num. 48. 23

Et ad rem noſtram adducitur Doctor veritatis Peregr. de fideic. art. 35. poſt nu. 9. verſ. Dubium tamen eſt, Vbi mouet hanc quęſtionem, An ſcilicet legata ſaltem antiqua præſumantur ſoluta, ✠ quod 24
videri dicit ea ratione, quia legatarii veriſsimiliter petiſſent ad tex. alleg. in l. cum de indebito ff. de probatio. Et in contrariam ſententiam deſcendens per Bal. citat. Dicit, † quod ſolutio, eſt quid facti, 25
& facta ✠ non præſumuntur, Ideo- 26
que diminutum non præſumitur quod non apparet, Concludens tutiorem opinionem eſſe pro fideicõmiſſario, quia † Aſſerenti legatum 27
ſolutum, onus probandi incumbit ad gl. in l. 2. in verbo, repellere C. de iure Emphyt. quam ſequuntur Bart. Bal. Salic. & Iaſ. n. 165.

Et generaliter allegans ſolutionẽ 28
† tenetur illam probare l. quingẽta ff. de probat. Bal. conſ. 508. col. 1. poſt med. lib. 5. Crau. conſ. 313. n. 1. Prout ✠ Quilibet tenetur probare 29
id,

id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſiue agat, ſiue excipiat, ſiue afferat, ſiue neget, l. ei incumbit, l. ab ea parte ff. de probatio. l. actor quod aſſeuerat C. eod. Bart. & reliqui in l. in illa ff. de verb. obligatio. c. ſciant cuncti 2. quæſt. 8. amplè Ioſeph Ludou. decif. Peruſ. 15. nu. 1. & inf. Vnde emergit
30 axioma non ignotum ✠ Actore non probante reum eſſe abſoluendum etiam ſi nihil præſtiterit, l. qui accuſare C. de eden. Aldou. conſ. 81. n. 5. Et ideò rectè infert Lup. de vſur. & commerc. illic. commẽ-
31 tar. 1. §. 6. n. 115. Quod † tota vis, & victoria in probando conſiſtit, Nec ſufficit dicere ita eſſe niſi probetur l. 1. cum gloſſ. 1. ff. ſi quid. pauper. feciſs. dica.

Probatio autem debet eſſe clara,
32 † certa, & concludens per neceſſe, non autem per poſſibile, vel contingenter, c. in præſentia de probatio. & ibi Doct. Andr. Gail pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 13. num. 5. Crau. conſ. 313. ſub nu. 1. Aldou.
33 Conſ. 44. n. 6. Quia † non probat hoc eſſe, quod aliter contingit abeſſe l. non hoc C. unde legitimi, l. neque natales C. de probat. Aldou. d. conſ. 44. n. 5.

Tertiò, detrahendum eſt legatũ ducatorum quinquaginta Marco Luſio factum ſalua tamen imputatione de qua videbimus infrà ante num. 121. verſ. quarto.

Quartò, Teſtator reliquit vxori ſuæ, ſuam torquem auream, & omnes ſuos anulos aureos; D. Cõſortes intendunt extrahere medietatem huius legati utpotè de rebus communibus; Quæritur an poſſint.

Reſpondetur negatiuè, ex quo minimè verum eſt aurea hæc ornamenta legata, fuiſſe de ratione fraternæ, cum immo clarum ſit ea fuiſſe propria teſtatoris, tùm ex re legata, tum etiã ex forma legandi.

Ex re legata, quia legantur ornamẽta muliebria; Teſtator autem duas habuit vxores, alteram Samaritanam Garziam cum dote ducatorum 300. cuius medietatem lucratus, eſt vigore legis municipalis Feltri lib. 3. Rubr. 73. aliam vero medietatem habuit titulo inſtitutionis. Alteram Cattarinam Paſole cum dote Duc. 350. quorum libras 493. 19. habuit Venetiis, expendendas in rebus pro dicta eius vxore comparandis, vt dicitur in chyrographo 1548. 5. Maii manu teſtatoris conſcripto; Vnde attenta qualitate perſonæ neceſſariò concludendum eſt huiuſmodi aurea ornamenta muliebria fuiſſe propria teſtatoris, vel habita à prima vxore ex lucro dotali, & inſtitutione prædictas vel empta pro ſecunda ex eius pecunia.

Ex forma autem legandi maniſeſtiſſime deducitur res legatas fuiſſe proprias teſtatoris ex verbis illis poſſeſſiuis *Suam*, *Suos*, legato adiectis, ibi: *La ſua cadena d' oro, e tutti li ſuoi anelli d' oro*.

Etenim † poſſeſſiua *meum, tuum, ſuum*, &c. denotant cauſam domi- 34
nii, & poſſeſſionis l. Quintus § argento ff. de auro, & arg. lega. vbi Bart. l. ſi legatus §. 1. ff. ad Trebell. §. ſic itaque inſtit. de actio. Peregr. conſ. 110. n. 9. lib. 3. Aldou. Conſ. 48. nu. 20. Et meum qui ✠ dicit 35
contrariorum virtute alienum, vel commune excludit l. ſi inter me, & te ff. de except. rei iudic. Menoch. conſ.

Digitized by Google

conſ. 106. n. 228. Aldou. Conſ. 20. n.246. conſ. 45. n.17.

Idque magis vrget, ex quo omnia legata de bonis cõmunibus, videntur relicta per verba indefinita ſolum hoc eſt relictum per verba particularia, pręciſa,& conotatiua, *ſua*, *ſuoi*, potiſſimum,quando legat vxori vſum mobilium ibi: *Para ſie lenzoli*: *le ſue camiſe*, *e drappi d' ogni ſorte fatti per ſuo vſo.*

Etenim ad manus traditum eſt,
36 quod † cũ quęritur quę & cuius generis res videantur legatę,id aliorũ legatorum cõtemplatione dignoſci tur l. qui nõ militabat §.Lucio Titio ff. de hæred. inſtitut. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 1. n.25.

Illud autẽ penitus indubitatum
37 eſt, quod ✠ Aſsertio teſtatoris in ſuo teſtamento, probat rem fuiſſe ſuam aduerſus hęredes, & eius ſucceſsores, Bal. conſ. 89. n. 3. lib. 1. Marzar. quæſt. 53. ad fi. Ea ratio-
38 ne, vt aiunt, quia ✠ hæres non poteſt mentiri teſtatorem l. rem alienam ff. de pignorat. actio. Farinac. quæſt. 81. n. 17. Peregr. loco cit.

39 Præterea † in dubio teſtator videtur magis legare rem propriam, quàm alienam l. unum ex familia §. ſi rem tuam ff. delega. 2. Quod etiam magis congruit vltimæ vo-
40 luntat. † Quæ fuit inuenta, ut quis de rebus propriis diſponat, vt ponderat Mant. d. lib.9. tit.1. ſub n. 7. per tex. allegat. in l.1. ff.de teſta.

Pręterquam quod dicere poſsumus quod verbum illud (*Suoi*) referatur ad ipſam vxorem, etenim clarum eſt maritum legare poſse
41 vxori res ſuas proprias dotales, vt iuribus firmat Oinot. inſtit. tit. de legat. § ſed vxori n. 3.

Vlterius, & in fortioribus terminis,dato non tamen conceſso, quod aurea hęc ornamenta legata, fuiſsét de ratione fraternæ, non per hoc ſuper diſpoſitis per teſtatorem ſatis fundata eſset intentio Conſortũ pro detractione medietatis, niſi docerét legatum ipſum fuiſse cum effectu ſolutũ, vel vxori dum viueret, vel eius hæredibus, quemadmodũ docuerunt de ſolutione dotis, & cęterorum legatorum, per ea quæ ſupra diximus n. 25. & ſex ſequentibus.

Immo,ex quo huiuſmodi legatũ fuit relictum ea lege,vt pro reſtitutione dotis vxor recipere deberet ſua mobilia,nec ea recepit, præſumitur non fuiſse ſolutum legatum ob inobſeruatum teſtatoris præceptum, ſed illud penes hęredem remanſiſse, & ſic de eo,prout de aliis mobilibus teneri Dom. Conſortes rationem reddere, prout dicemus infra quæſt. 7.

Quinto, D. Conſortes petunt detrahere poſse dotem vxoris teſtatoris reſtitutam eius hęredibus in ſumma librarum 2170. Quæritur an pro ea ſumma locus ſit petitæ detractioni?

Et prima conſideratione affirmatiuè reſpondendum videbatur;

Primo, quia ex chirographo dotali 1548. 14. Aprilis,dos ipſa conſtituta eſt in ſumma Duc. 350. & ſic dotis nomine fuerunt promiſsæ libr. 2170. Ergò pro hac ſumma bona mariti fuerunt obligata.

Nec obſtare videbatur integram ſummam promiſsam non fuiſse ſolutam, quoniam videbatur dicendum, quod quemadmodum maritus ex Statuto Feltrenſi lib.3.Rub.73. lucratur medietatem

dotis

Digitized by Google

dotis datæ, vel promiſſæ, ab vxore, vel ab alio dotem pro ea dante, Ita etiam mulier habeat ius, & actionem petendi integram dotem datam, vel promiſſam in bonis mariti, eo
41 quia ✠ maritus & vxor non debent ad imparia iudicari, cum ſint duo in carne una l. aduerſus C. de crimi. expil. hæred. c. gaudemus de diuort. Ac etiam ſint correlativi, & diſpoſitum in vno correlatiuorum cenſeatur diſpoſitum, & in altero, vt amplè diximus ſupra quæſt. 4. num. 11. & inf.

Nec aliquid facere videbatur, quod nullum de dote ipſa celebratum fuerit inſtrumentum, quoniam
42 ✠ Bona mariti ſunt tacitè hippothecata mulieri pro dote ſua à die, quo fuit transducta, ita ſpeciali legge Veneta in ſtat. lib. 1. c. 34. expreſsè diſponente.

Secundò omnem difficultatem tollere videbatur præceptum de reſtituenda dote pro dicta ſumma duc. 350. cum incontro (quod pariter debetur ex ſtatuto Feltrenſi lib. 3. Rub. 74.) emanatum contra hæredem teſtatoris, ad inſtantiam hæredum dictæ Cattarinæ vxoris ſub die 6. Nouembris 1571. confirmatum in contradictorio iudicio per ſenten-
43 tiam 1572. 15. Ianuarij; Etenim ✠ res iudicata facit ius inter partes l. cum inter ff. de re iudi. l. res iudicata ff. de reg. iur. l. ingenuum ff. de ſtatu homi. c. cum inter de re iudic. c. quo-
44 niam contra de probatio ✠ & operatur vt vlterius quærendum non ſit l. poſt rem iudicatam ff. de re iudic. Aldou. Conſ. 42. n. 7.

Nec obſtare videbatur exceptio diei 15. Ianuarij 1572. propoſita per Chriſtophorum hæredem grauatum ſuper petita reſtitutione huius dotis ibi: *Paratum eſſe dotem reſtituere &c. prius tamen deductis deducendis, & compenſatis meritò compenſandis*: ex quibus verbis colligitur ex tunc excepiſſe in dicta reſtitutione vſuras in ſortem imputandas, & ſic in minori ſumma dotem reſtituendam eſſe; In contrarium enim facere videbatur, tùm quia ſuper dicta exceptione nihil iudicatum fuit, Tum etiam quia perſpicui iuris eſt, quod ✠ per taciturnitatem 45
longi temporis, & mortem mariti, intereſſe dotis cenſetur remiſſum, vti in puncto ex pluribus determinant Oſaſch. deciſ. Pedem. 132. per tot. potiſſimum ſub n. 11. Surd. tract. de alim. tit. 1. q. 42. num. 111. Aldou. conſ. 84. num. 12.

His tamen non obſtantibus re ipſa maturius digeſta ſtatuenda eſt concluſio, reſtitutionem dotis Cattarinæ vxoris teſtatoris ex tunc non potuiſſe excedere ſummam lib. 1613. 17. & per conſequens ex nunc ſub dictæ reſtitutionis prætextu per DD. Conſortes nihil vltra detrahi poſſe.

Ad cuius concluſionis confirmationem ponderandum eſt chirographum dotale 1548. 14. Aprilis, vbi partes confitentur ad computum dotis promiſſæ lib. 2170. non fuiſſe ſolutum niſi pro ſumma lib. 2028. 14. computatis mobilibus valoris lib. 168. 14. & ſic remanſerunt ſoluendæ lib 141. 6. quæ numquam ſolutæ fuerunt.

Prætereà ex eodem chirographo apparet pecuniam fuiſſe ſolutam ſub die 10. Iunij, 1549. & ſolui debuiſſe partim per totum menſem Iulij partim die 25. Decembris 1548.

Ex quibus colligitur tempore do-

Digitized by Google

tis reſtituendæ in ipſam debuiſſe imputari vſuras duplicis generis, alteram pro reſiduo dotis non ſolutæ prædicto quouſque vixit vxor teſtatoris in ſumma lib. 317: 13. alteram verò ratione retardatæ ſolutionis, vt ſupra lib. 147: 4. Quæ duæ ſummæ ſimul iunctæ conſtituunt lib. 464. 17. Quibus deductis à ſumma dotis cum effectu ſolutæ lib. 2028: 14. clarum indè ſequitur non fuiſſe reſtituendum niſi pro ſumma lib. 1563. 17. pro dote, & libræ quinquaginta pro incontro dotali vigore ſtatuti Feltrenſis lib. 3. Rub. 74. quæ faciunt in totum lib. 1613. 17.

Quod autem intereſſe dotis non ſolutæ, vel retardatæ, & quidem in ratione decem pro centenario præſtandum ſit, apertè deciditur per ſtatutum noſtratę lib. 3. Rub. 76. ibi: *Idem obſeruetur in omni caſu, in quo per maritum viuentem dos peti poteſt ab vxore, vel ab alio, vt eidem marito præſtentur libræ decem pro centenario pro anno, & ratione anni marito ſuſtinente onera matrimonij*.

Et licet accerrimè dimicent iuris interpretes nunquid huiuſmodi ſtatutum viribus ſubſiſtat
46 ✠ Verior tamen opinio eſt validum eſſe, & obſeruandum Bal. in l. vlt. §. præterea C. de iure dot. Roch. de cur. in c. vlt. q. 1. n. 19. de conſtitutio; Viui. lib. 2. Commun. opin. Verſ conſuetudo, ſeu ſtatutum, Crau. conſ. 189. num. 5. Surd. tract. de alim. tit. 1. q. 42. num. 27. Molin. de contract. tom. 2. diſput. 321. col. pen. in fin. Peregr. conſ. 100. n. 26. lib. 1. conſ. 98. n. 1. lib. 3.

47 Etenim ſtatuta ✠ præſumuntur fuiſſe primum vſu recepta, moribus vtentium approbata, & in viridi obſeruantia prout loquuntur l. Arriani C. de hæret. Ripa in l. admonendi n. 118. ff. de iureiur. & qui ✠ con- 48
trarium aſſerit tenetur probare, & quidem multa exiguntur Borgni. de tut. n. 42. Rolan. conſ. 90. n. 54. lib. 1. & de lucro dot. q. 99. in fin. ✠ 49
ſtatutum enim ſemper ſtat, & loquitur, & nunquam tollitur per non vſum, ſed per contrarium vſum Peregr. conſ. 6. ſub nu. 7. lib. 2. Aldou. conſ. 35. nu. 80. conſ. 20. num. 132.
Et ✠ qui ſtatuti deciſionem pro ſe 50
habet, dicitur habere intentionem fundatam, atque rem certam, & claram gl. in l. omnis deffinit o ff. de
reg. iur. quia ✠ vbi extat ſtatuti de- 51
ciſio ſuperflua, & inanis redditur omnis diſputatio l. illam C. de collatio. l. ancillæ C. de furt. Corn. conſ. 166. circa fin. lib. 3.

Præterea, quod huiuſmodi ſta- 52
tutum fuerit, & ſit in viridi obſeruantia patet tùm ex iudicijs in terminis cum caſu præſenti 1592. 5. Octobris 1616. 27. Iulij 1679. 27. Septembris, Tùm ex contractibus, & ſtipulationibus dotalibus 1661. 13. Martij 1662. 19. Ianuarij.

Nec obſtat ſi objiciatur huius ſtatuti deciſionem procedere ad fauorem mariti, namque indubitati iu-
ris eſt ✠ ius competens marito pe- 53
tendi huiuſmodi intereſſe, & quoque illius hæredibus competere, & ad illos tranſire, vt poſt multos affirmant Lup. de vſur. comment. 1. §. 4. num. 81. & 82. Surd. de alim. d. q. 42. num. 114. 115. Peregr. conſ. 74. num. 11. conſ. 98. num. 2. conſ. 99. num. 4. lib. 3.

Et quamvis mortuo teſtatore videretur dicendum interuſuria dota-

lia

lia fuiſſe decurſa ad fauorem vxoris ſuperſtitis, ea ratione, quia dos ſoluto matrimonio reuertitur ad vxorem, quia datur ad ſuſtinenda onera matrimonij, & ✠ ſuccedit loco
53 alimentorum l. aſſiduis C. qui potio. in pign. habean. ſpeciatim Surd. de alim. tit. 1. q. 10. num. 9. Nauar. de ſpol. clericor. §. vlt. num. 10. Aldou. conſ. 103. num. 20. Attamen ex quo teſtator eidem legauit alimenta ſub ea conditione, ne dotem extrahere poſſet ibi: *Senza altra tamen eſtratione di dote di eſſa madona Cattarina.* Et ipſa agnovit legatum ſibi ſub ea conditione relictum, colligitur teſtatorem voluiſſe vtilitates ab eadem dote prouenientes cedere debere ad commodum ſuæ hæreditatis.

Et ad omnimodam præmiſſæ concluſionis confirmationem, & comprobationem accedit ipſemet hæres grauatus, qui præ manibus habuit huiuſmodi negotium, ipſe enim tamquàm plenè inſtructus, & informatus præmiſſa omnia approbrauit, & ratificauit verbis, & facto.

Primò, verbis in ſcriptura 1572. 15. Ianuarij, reſponſiua ſuper petita reſtitutione huius dotis ſub die 6. Nouembris 1571. ibi:

Paratum eſſe dotem prædictam pro ea tamen quantitate, quam habuit Io: Baptiſta frater eius reſtituere &c. Prius tamen deductis deducendis, & compenſatis merito compenſandis, tàm in vniuerſali quoad matrem filios, & ſorores defuncta, quàm in particulari quoad fratres.

Ex quibus verbis colligo tempore reſtitutionis fuiſſe exceptum.

Primo, Teſtatorem non recepiſſe integram dotem.

Secundo, ſummæ cum effectu receptæ tanto minus fuiſſe reſtituendum, quantum capiebant detractiones in vniuerſali, & in particulari.

In vniuerſali, ſcilicet pro expenſis funeris, ad quas omnes hæredes tàm maſculi, quàm fęminæ æqualiter tenebantur, & hoc de plano procedit; In particulari verò quoad fratres tantum, nihil aliud iudicio meo detrahi poterat, quàm interuſuria dotis non ſolutæ, vel retardatæ, quæ ad ſolos fratres ſpectabant, primo quia ab ipſis dos conſtituta, & promiſſa fuit, ſecundo quia ſtatutum Feltrenſe lib. 3. Rub. 66. ad maſculos tantum defert hæreditatem ſub ea tamen conditione dotandi fæminas à ſucceſſione excluſas, vnde ad eos ſpectat intereſſe dotis, cui onus dotandi incumbit per citatum ſtat. Felt. lib. 3. Rub. 76. ibi: *Idem intelligatur in quocumque debente dotare ſecundum formam ſtatuti, &c.*

Ex facto hæredis gravati pariter comprobata remanet concluſio noſtra, exſolutionibus factis hæredibus dictæ Cattarinæ, de quibus fidem faciunt ſeptem receptiones, (prout totidem ſunt hæredes) in proceſſu productæ per DD. Conſortes, pro ſumma in omnibus librarum 1683: 16. Quàmvis enim ſolutiones prædictæ excedant ſummam dotis reſtituendæ pro libris ſeptuaginta, hæc tamen ſumma non auget ipſam dotem reſtituendam, cum intelligatur ſoluta pro interuſurijs decurſis à die mortis dictæ Cattarinæ 1571. 5. Martij, vſque ad ſolutionem 1572. de menſibus Maij, & Iunij vigore præcitati ſtatuti ibi: *Idem intelliga-*

Digitized by Google

tur in quocumque cui dos reſtitui debet, vt eidem ſoluantur libræ decem pro centenario à tempore moræ, &c.

Et in fortioribus terminis, ſi etiam dictæ lib. 70. datæ fuiſſent ad computum dotis, non per hoc hæres grauatus ſoluendo quod non debuit, conditionem hæreditatis potuit facere deteriorem.

Cum itaque Chriſtophorus hæres grauatus proteſtatus fuerit velle ſoluere ſolùm ſummam ab eius fratre cum effectu receptam, compenſatis interuſurijs, & tali proteſtationi hæredes ipſius Cattarinæ acquieuerint non contradicendo, vel replicando, & ſummam longè minorem recipiendo, non ſunt ferendi DD. Conſortes prætendentes detrahere quod ſolutum non fuit ✠ Iniquum enim, &
54 ab omni iure alienum eſt plus eſſe in detractionibus, quàm in ſolutionibus.

Stat itaque firma, & indubitata concluſio reſtitutionem dotis prædictæ Cattarinæ, excedere non potuiſſe ſummam lib. 1613. 17. & per conſequens nihil vltra detrahi poſſe.

Quibus ſic ſtantibus virtualiter tolluntur contraria, Attamen particulariter reſpondendo, non obſtat primum obiectum deſumptum per argumentum à correlatiuis ex quo creditores huius dotis erant etiam debitores, & ſic actio, & paſſio concurrebat in eodem ſubiecto, & ideò contrà eos rectè obiectum fuit de compenſatione, quæ etiam obijci potuiſſet contrà ipſammet vxorem defuncti ſi debitrix fuiſſet; Etenim
55 ✠ compenſatio reputatur ſolutio, & qui compenſat id cenſetur ſoluiſſe, quod compenſat l. ſi debitor ff. qui potior. in pignor. habean. l. dediſce ff. de verb. ſignif. l. vel permutauit ff. de lib. cau. Tiraq. de retr. lignag. §. 3. gl. 3. num. 2. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 53. num. 1. Et ideo ✠ 56
conditio ſoluendi impletur per compenſationem l. ſi peculium §. de illo ff. de ſtatu lib. & ibi Doct. Surd. loco cit. qui num. 2. ſubdit ex multorum ſententia, quod ✠ qui ſub iure iu- 57
rando promiſit ſoluere debitum nihilominus compenſare poteſt, ſequitur Aldou. conſ. 70. n. 142.

Minus obſtat ſecundum obiectum deſumptum à confirmatione præcepti diei 6. Nouembris 1571. Etenim ſi rectè perpendantur acta ✠ quæ 58
ſunt veluti vehiculum ad ſententiam Menoch. poſt alios conſ. 390. ſub num. 35. Aldou. conſ. 17. num. 4. Et potiſſimum petitio matris, & ſororum defunctæ in iudicio producta poſt dictum earum præceptum die 8. Ianuarij 1572. tàm contrà Chriſtophorum à Cornu hæredem grauatum, quàm contrà Io: Paſium, & Petrum Paſcolum fratres defunctæ, qua petunt declarari eas admittendas eſſe ad ſucceſſionem defunctæ per capita cum dictis maſculis; Reſponſio, & exceptio maſculorum diei 14. dicti menſis qua dicunt nullum ius in dicta ſucceſſione competere dictis fæminis; Nec non reſponſio dicti hæredis grauati, dicentis: *Paratum eſſe dictam dotem reſtituere cui de iure venerit reſtituenda, pro ea tamen quantitate, quam habuit teſtator, & deductis deducendis, & compenſatis compenſandis &c.* Ac ſententia ſuperindè emanata, Clarum inde ſequitur non fuiſſe iudicatum ſuper quantitate dotis tunc reſtituendæ, ſed ſuper capacitate fæminarum venientium ad ſucceſſio-

Digitized by Google

ceſſionem defunctæ in concurſu cum maſculis, & ſic circa quantitatem ipſam nihil ponit in eſſe dicta ſententia.

Quàmvis enim in dicto præcepto petant ſeptimam partem (prout ſeptem ſunt hæredes) ducatorum tercentorum, & quinquaginta præcisè, attamen in dicta earum regulatione 8. Ianuarij petunt declarari hæreditatem, & bona cuiuſcumque generis, quæ fuerunt defunctæ eis ſpectare pro portionibus ſuis, Et ita etiam iudicatum fuit die 8. Martij ſubſequentis
59 ✠ Proſecuta namque litis magis attenduntur, & ſpectantur, quàm libellus, & petitio, vt poſt multos ſcribit Menoch. conſ. 576. n. 3. & poſt eum Aldou. d. conſ. 17. n. 3 potiſſimum de iure Veneto, vt in correct. Sereniſſimi Triuiſani c. 1. verſ. & ſe alcuna delle parti, & Sereniſs. Ciconiæ c. 12.

60 Certi autem iuris eſt ✠ ſententiam latam ad vnum effectum, vltrà illum operari non poſſe Crau. conſ. 188. num 6. Schrad. conſ. 13. ſub nu. 230. lib. 1. & poſt eos Aldou. conſ. 58. num. 5. Et
61 ✠ ſententia lata inter alios tertio præiudicare non poteſt l. ſæpè ff. de re iudic. Sebaſt. Medic. tract. de reg. iur. part. 1. regula 8. Aldou. conſ. 100. num. 78. qui ampliat id procedere
62 ✠ quamvis ab Imperatore ſententia dicta ſit.

Quo verò ad vſuras in ſortem imputandas, non officit primò, quod tunc nihil ſuper hac exceptione iudicatum fuerit, ex quo hæredes dotis hanc exceptionem approbarunt verbis non contradicendo, & facto ipſo dictam imputationem admittendo, & ſummam longè minorem in reſtitutionem recipiendo, vt diximus.

Secundo, non officit, quod intereſſe dotis cenſeatur fuiſſe à teſtatore remiſſum, quoniam etſi verum eſſet (cum tamen falſum ſit) quod intereſſe dotis cenſeatur remiſſum ſi cum longa taciturnitate mariti mors ſubſequatur, ✠ quæ longa taciturnitas per Doct. allegatos intelligitur decem annorum, minimè tamen dici poteſt hoc in caſu longam teſtatoris taciturnitatem interueniſſe, planum enim eſt à die, quo dos peti potuit 1548. 25. Decembris, vſque ad diem mortis teſtatoris 1556. 13. Decembris decem annos non fuiſſe decurſos. 63

Quinimmò frequentiori Doct. calculo receptum eſt ✠ per longam taciturnitatem, & mortem mariti ſubſecutam intereſse dotis non cenſeri remiſsum, prout firmiter tenent Aretin. in §. fuerat num. 10. inſtit. de actio; Alex. conſ. 63. num. 13. lib. 4. Corn. conſ. 145. num. 6. lib. 2. Deci. conſ. 571. per tot. Ruin. conſ. 224. nu. 14. vol. 1. Natta conſ. 495. num. 8. & 9. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 42. ſub num. 111. Rolan. conſ. 65. poſt num. 17. verſ. quarto, & vltimo, concludens hanc eſſe communem opinionem, & in fin. verſ. vltimo non obſtant, dicit ab hac communi nullatenus recedendum eſſe, niſi quis vellet litem ſuam facere, & parti ad intereſſe teneri in ſindicatu. 64

Mouentur autem Doct. citati pluribus rationibus. Primò quia ✠ Remiſſio habet vim donationis l. ſi quis delegauerit ff. de nouatio. Deci. in l. ſi quis obligatione ff. de reg. iur. l. ſi mulier ff. de condition. ob cau. 65
✠ Quæ donatio in dubio non præſumitur niſi probetur, l. ſi cum aurum 66

rum ff. de ſolutio. l. Campanus ff. de
oper. libert. l. cum de indebito ff. de
67 probatio; vbi inquit tex. quod ✠
Nemo ita reſupinus eſt, vt facilè ia-
ctet rem ſuam, & effundat.
68 Potiſſimum autem donatio ✠
non præſumitur inter virum, &
vxorem gl. fin. in l. ſi vxor filio ff. de
donatio. inter vir. & vxor. Surd. d.
quæſt. 42. numer. 112. Oſaſch. decif.
69 Pedemon. 132. numer. 15. Quia ✠
inter eos eſt prohibita donatio l.
vxori §. vxori ff. delegat. 3. l. cum
quis decedens §. Titia ff. eod. Oſa-
ſch. dict. deciſ. 132. num. 15. Et in
70 ſpecie ✠ quando agitur de remit-
tendis vſuris l. ſiquis pro vxore §. ſi
vxor viro ff. de donatio. inter vir.
& vxor. Surd. dict. quæſt. 42. ſub
num. 112.
71 Secunda eſt ratio, quia ✠ actio-
nibus perſonalibus, & officio iudi-
cis minori ſpacio 30. annorum non
præſcribitur, l. ſicut, & l. omnes
C. de præſcript. 30. annor. & in
ſpecie facit tex. in l. eos Cod. de
Vſur. Iaſ. in §. fuerat numer. 22.
inſtitut. de action. Oſaſch. dicta de-
ciſ. 132. num. 16. Roland. d. conſ.
65. numer. 15. & 17. lib. 4. Surd. ibid.
num. 92.
72 Tertia eſt ratio, quia ✠ Vſuræ
dotales æquiparantur fructibus do-
tis l. curabit, & l. fructus Cod. de
73 action. emp. ✠ Sed maritus qui pa-
titur vxorem percipere fructus do-
tis, ſi tacet non videtur illos remit-
tere ſecundum Bart. in l. de diuiſione
ff. ſolut. matrim. Et ita argumentatur
Surd. d. quæſt. 42. num. 113. Ergò nec
tacendo cenſentur remittere vſuras
dotales.
74 Quarta eſt ratio, quia ✠ ſi mari-
tus viueret poſſet has vſuras petere,
vt ſupra concluſum eſt, & arguit
Surd. loco præcit. Ergò & id licere
debet hæredibus ✠ qui cenſentur ea- 75
dem perſona defuncti §. 1. in auth. de
iureiur. à mori. præſt. ✠ Et eiuſdem 76
ſunt poteſtatis l. hæredem ff. de reg.
iur.

Quinta eſt ratio, quia indubitata
eſt iuris concluſio, quod ✠ ius pe- 77
tendi hęc interuſuria tranſit ad hære-
des, vt ſupra firmauimus, ſed non
tranſiret ſi per mortem mariti cenſe-
rentur remiſſa, quia ✠ nemo poteſt 78
eſſe illius hæres niſi vita fructus ſit l.
qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæred.

Præterea reſpondetur, quod con-
cluſio ſupra firmata procedere non
poteſt in caſu noſtro ex diſparitate
rationis; Ratio autem diſparitatis eſt,
quia ✠ tex. in l. vir vſuras ff. de do- 79
nation. inter vir. & vxor. qui com-
muniter allegatur ad confirmationem
concluſionis pręmiſſæ, tamquam exor-
bitans à regulis iuris communis pro-
cedit in vſuris odioſis, non in ijs, quæ
petuntur tamquam intereſſe, vt in
caſu noſtro, ita Corn. conſ. 145. col.
pen. & ante eum Alex. conſ. 63. num.
13. in fin. Natta conſ. 195. numer. 8.
Surd. d. quæſt. 42. num. 116. Seù pro-
cedit in vſuris quæ capiuntur ex titu-
lo lucratiuo, ſecus vbi vſuræ capiun-
tur ex titulo oneroſo, & ratione da-
mni emergentis vt in caſu noſtro, ad
ſuſtinenda onera matrimonij, pro-
ut diſtinguit Roland. d. conſ. 65. poſt
num. 17. verſ. ſecundo non obſtat lib.
4. ex multorum citatorum ſententia.

Item procedit ✠ in vſuris pro- 80
miſſis, quæ odioſæ ſunt, vt poſt Corn.
& alios diſtinguit Surd. in d. quæſt. 42.
ſub num. 116.

Item procedit ✠ in donatione ex- 81
preſſa facta à marito vxori, quæ mor-
te con-

Digitized by Google

te confirmatur, vt diſtinguit idem Surd. loco cit. & Roland. d. conſ. 65. num. 20. & poſt num. 22. verſ. tertiò reſpondetur, ſecus vb nulla donatio appareret facta, vt in caſu noſtro, quia
82 ✠ quod non eſt confirmari non poteſt l. eius, qui in prouincia ff. ſi cert. petat. Surd. loco cit. num. 117.
83 Item procedit, ✠ quando mulier erat obligata viro, quia ei promiſerat vſuras, ſtante enim mutua affectione facilè inter eos præſumitur donatio l. 1. ff. de donatio inter vir. & vxor; ſecus quando dos debetur à Socero, vel ab alio, & ita diſtinguunt Surd d. quæſt. 42. ſub n. 117. & Rol. d. conſ. 65. poſt n. 22. verſ. 2. reſpondetur.
84 Item procedit, quando ✠ vltra curſum temporis interuenit charitas ſangu nis, & redditio rationis ſæpius facta, quia ſolus curſus temporis non inducit tacitam remiſſionem, vt not. gl. in l. libertis quos §. 1. de alim leg. & diſtinguit Roland. in d. conſ. 65. poſt n. 17. verſ. non obſtant.
85 Item ✠ taciturnitas inducit remiſſionem vſurarum, quando tacens, eo animo tacuit, & vſuras non petijt vt gratior eſſet vt colligitur ex tex. in l. cum quidem §. diuus ff. de vſur. juncta gl. ibi in verbo, gratior, quæ ſupplet; quia dignitatem per eum habere ſperabit; Secus in ſimpliciter tacente, vt in caſu noſtro.

Et in his terminis ſunt intelligendi Doct. pro contraria parte allegati.

Et quàmvis Aldou: in cit. conſ. 84. per totum, contrarium conſuluerit ad fauorem DD. fratrum Scallabrinorum, contrà hæredes Dom. Bartholomæi Sandij, Attamen contra eius reſponſum iudicatum fuit, nempe per ipſos DD. fratres Scallabrinos intereſſe dotis præſtandum eſſe hæredibus dicti D. Bartholomæi Sandij ratione retardatæ ſolutionis dotis D. Marietæ ſororis dictorum fratrum, & vxoris d. D. Bartholomæi, vt patet ex ſententia ſuper hoc emanata diei 5. Octobris 1592. & per dictum D. Comitem producta.

Sextò principaliter quæritur an DD. Conſortes poſſint detrahere ædificia de nouo conſtructa? Reſpondetur affirmatiuè quoties probauerint vti ſe offerunt, ea fuiſſe conſtructa poſt mortem teſtatoris. Ratio eſt, quia ✠ Incrementa facto hominis accedentia (qualia ſunt hæc) non augent hæreditatem ad commodum fideicommiſſarij, ſed cedunt ad commodum grauatorum ex doctrina Peregr. de fideic. art. 10. nu. 15. & amplè diximus ſupra quæſt. 2. num. 3. & inf. 86

Ab ipſa tamen detractione deducendus eſt valor fundi, ſuper quo ędificia fuere conſtructa, vti de ratione fideicommiſſi ex confeſſis pro parte q. Reu. Bartholomæi Luſij, in Inuentario bonorum q. Reuer. Marci Luſij 1672. 17. Martij, & in memoria relicta ſuis hæredibus.

Item in ipſas meliorationes imputandæ ſunt deteriorationes bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, quia ✠ 87
hæres tenetur deteriorationes bonorum hæreditariorum reficere, vt docet Crau. in conſ. 295. in fine per Bal. alleg. in l. fil. quem in fi. C. famil. Ercisc.

Et quod ✠ In æſtimandis meliorамentis habenda ſit ratio deterioramentorum, vt cum melioramentis compenſatis deterioramentis pars reficienda reficiatur, docet Pereg. de fideicom. art. 50. num. 79 per iura, & Doct. allegatos. 88

Septimo, quæritur an Pratum del Bonatto, nuncupatum, ſit detrahendum?

dum? Et prima conſideratione videbatur dicendum quod ſic, ea ratione
89 quia ✠ Acquiſita per hæredem grauatum poſt mortem teſtatoris non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, vt latè diximus quæſt. 2. num. 8. & 9. &
90 ✠ res propriæ hæredis non continentur in fideicommiſſo vniuerſali l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Peregr. de fideicom. art. 6. ſub
91 num. 1. Eò quia ✠ Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem l. legata inutiliter ff. de legat. 1. & docet Peregr. loco cit.

Quod autem dictum pratum del Bonatto fuerit acquiſitum ab hærede grauato ſatis conſtare videbatur. Primo ex notula, ſiuè memoria Chriſtophori hæredis grauati 1572. 2. Iulij, vbi dicit eadem die occuriſſe cuidam venienti à Prato del Bonatto Domini Vgolini à Cornu; Ergò ſi tunc temporis erat D. Vgolini à Cornu, contrariorum virtute non erat teſtatoris, vel ipſius hæredis. Secundò ex notula Marci Luſij poſt mortem dicti hæredis grauati ibi: 1576. *Acquiſto del Prà del Bonat del Sign. Vgolin Corno, miſure, e paſſature del loco*: De cuius caractere facta fuit peritia per D. Iacobum Salce Notarium. Tertiò, quia Sigiſmundus Luſia nepos ex filio dicti Marci in ſuis libris notat huiuſmodi Pratum fuiſſe acquiſitum per D. Marcum Luſiam eius auum paternum à D. Vgolino à Cornu, à quo factum fuit inſtrumentum venditionis, de qua notula patet ſub die 3. Martij 1635. Quartò, quia huiuſmodi Pratum non reperitur deſcriptum in Æſtimis antecedentibus fratrum à Cornu.

Contrarium tamen verius puto, nempe Pratum ipſum del Bonatto non eſſe detrahendum alio maximè non edocto; Etenim veriſſimum eſt in facto dictum pratum eſſe de corpore Prædij Pramaor, quod quidem prædium in Æſtimo 1559. terminat à meridiè cum via publica, ſed non potuit tunc terminare cum via publica niſi mediante dicto prato; Ergò dictum pratum vſque de anno 1559. erat de corpore dicti Prædij, & ſic de ratione fraternæ.

Præterea ad confirmationem præmiſſæ concluſionis maximè conferunt ea omnia, quæ adducta fuerunt pro confirmatione concluſionis in 2. quæſtione, in ſeptem validiſſimis fundamentis à num. 11. vſque ad numer. 35. ex quibus omnibus, quia certum eſt ſatis probatam eſſe concluſionem noſtram, deuenio ad reſolutionem obiectorum.

Non obſtant itaque obiecta, quibus DD. Conſortes conantur probare pratum del Bonatto fuiſſe acquiſitum per Marcum Luſiam ab Vgolino à Cornu, etenim.

Ad primum reſpondetur, quod memoria illa à Chriſtophoro à Cornu relicta nihil probationis facit vti irreleuans, & inconcludens, & per ea, quæ mox dicemus.

Ad ſecundum dico aſſertam peritiam caracteris Marci Luſia per D. Iacobum Salce factam per comparationem litterarum nullam probationem facere. Primò, quia dictus Salce eſt vnus ex Conſortibus, & per conſequens iudex, vel teſtis in cauſa propria, quod quidem reprobatum eſt ab omni iure, vt patet lyppis, atque tonſoribus. ✠ Se- 92
cundò, quia vt hæc comparatio rectè fiat multa requiruntur, quorum

vel

Digitized by Google

vel unum hic non concurrit, l. comparationes C. de fide inſtrum. ut per Menoch. de arbitr. iudic. caſu 114. à n. 26. uſque ad finem, conſ. 94. num. 24. Ioſeph Ludou. Deciſ. Peruſ. 7. à n. 1. uſque ad num. 10. Farinat. Conſ. 70. Quæ quidem requiſita hic adſcribere incongruum duxi, cum apud eos facile videri poſſint.

Et præter tot requiſita à citatis
93 adducta requiritur etiam ✠ quod comparatio non ſolum fiat in ſcriptura, ſed etiam in ſtylo Soci. Iun. conſ. 189. num. 58. lib. 2. & alios refert, & ſequitur Menoch. Conſ. 199. n. 10.

Quinimò, ſi etiam comparatio hæc rectæ, & legitime facto fuiſſet (quod à fortiori omnem difficultatem dirimit) non per hoc ſatis fundata eſſet aduerſariorum in-
94 tentio, quoniam ✠ comparatio literarum plenè, & concludenter non probat Corn. Conſ. 94. col. 1. Verſ. Hinc eſt lib. 4. Crau. conſ. 216. num. 18. Menoch. conſ. 809. num. 10. Garzo. de lau. mer. iur. par. 2. pagina 71. Pereg. conſ. 101. num. 6. lib. 2. quos refert, & ſequitur Aldou. conſ. 13. num. 11. & 16.

95 † Non enim ex ſimplici literarum comparatione iudicandum eſt ſcripturam aliquam eſſe manu alicuius ſcriptam Corn. d. conſ. 94. nu. 1. l. 4. Pariſ. conſ. 27. num. 52. lib. 2. Menoch. Conſ. 42. ſub num. 33.

96 Etenim ✠ comparatio decipere ſolet oculos etiam peritiſſimorum, quia plerique manus adeò imitantur, ut aliquid varietatis non colligatur Decin. conſ. 100. n. 46. conſ. 109. num. 61. lib. 2. Menoch. de arbitr. iudic. d. caſu 114. num. 15. conſ. 94. ſub nu. 24. Ludou. d. deciſ. 7 ſub num. 14. quorum multos recenſet Aldou. ind. Conſ. 13. ſub num. 12.

Et propterea inquit Menoch. ibid. nu. 14. ✠ hanc probationem 97
per omparationem literarum eſſe multum periculoſam, & iudicem habere debere oculos lynceos, ut vix ſit, quod Iuſtinianus eá omnino non aboleuerit § ſi verò moriantur in auth. de inſtru. caut. & fide.

Et præter alia, quæ omittuntur numquam attenditur huiuſmodi
comparatio ✠ niſi ille qui petit 98
eam fieri iuret nullam aliam probationem habere hac excepta, ita probat tex. in l comparationes C. de fide inſtrum. & in §. ſi verò nihil in Auth. de inſtru. caut. & fid. Menoch. d caſu 114 n. 34 Ludou. d. Deciſ. 7 num 5.

Præterea ✠ huiuſmodi compa- 99
ratio ex eo ſolo redditur inualida & inefficax ex quo facta fuit ſuper ſcriptura penitus inualida utpote ſine die, & conſule Bart. Bal. caſtr. Alex; Aretin; & Iaſ. in l. ſi unus
C. de teſtam; Et ideò ✠ quod nul- 100
lum eſt in ſubſtantia, comparationis accidens non recipit, ita in ſpecię Crau. Conſ 216 num. 17 Menoch. Conſ. 42 num. 34 quos, & alios refert, & ſequitur Aldou. d Con. 13 ſub. n 15

Et prædictis omnibus accedit, nàm ſi etiam legitimè probatum eſſet d. notulam manu Marci Luſa fuiſſe conſcriptam, non per hoc poſſet D. Co: à Cornu præiudicare, quia non ſequeretur conſequentia infallibilis, quod omnia in ea contenta ſint vera, tùm quia

aſſertio hæredis grauati non poteſt fideicommiſſario præiudicare, tum etiam quia nuda, & ſimplex ſcriptura nihil probationis facit, ut mox dicemus

Tertium pariter nihil officit, quia memoria Sigiſmũdi Luſa 1635
101 3. Martii uti nuda † & ſimplex nihil prorſus ſcriptura probat l. nuda ff. de donatio; l. inſtrumenta, l. rationes, & l. exemplo C. de probatio. c. ſcripta de fide inſtrum.

Accedit, nam memoria dicti Sigiſmundi non poteſt plus probationis, facere quàm memoria Marci ſui aui paterni à qua fuit deſum-
102 pta poſt ſexaginta annos, ✠ Non enim plus credendum eſt copiæ, quàm originali Auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Crau. Conſ. 112. num. 13 Aldou. Conſ. 44 ſub num 13.

Vlterius dicta memoria refert. inſtrumentum uenditionis factum fuiſſe ab Vgolino à Cornu venditore, quod cum non fuerit productum cadit, & ipſamet memoria,
103 quoniam ✠ non creditur referenti niſi conſtet de relato d. Auth. ſi quis in aliquo, & illic ſcribentes C de Eden l. in teſtamento ff. de conditio; & demonſtrant; l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.
104 Et eſt generale, quod ✠ quilibet tenetur exhibere non ſolum inſtrumentum, quo ſe iuuat, ſed etiam alia inſtrumenta in eo relata Bal. in l. inciuile ff. de legib; Crau.
105 d. Conſ. 112. n. 15. Et ✠ præſumptio non medioeris eſt contra non producentem inſtrumentum l. fin. C. de fide inſtrum; Bal. in Conſ. 406. in fi. lib. 4 Crau. d. Conſ. 112. num. 16.

Præterea ſi etiam ipſum inſtrumentum fuiſſet exhibitum, nihil tamen releuaret, quoniam contineret tantum venditionem ſtariorum duodecim, ut habetur in dictis notulis, unde cum hæredes grauati ad præſens poſſideant terram eiuſdem nominis, Al Bonato, ſtariorum viginti (ut patet ex Æſtimo 1650 non implicaret, quod reliqua ſtaria octo fuerint, & alio non edocto, præſumenda ſint de ratione fraternæ à Cornu.

Quartum tandem non obſtat, ex quo enim pratum prædictum non eſt deſcriptum in æſtimo fratrum à Cornu, non ſequitur Ergò non eſt de ratione fraternæ, quia ✠ ab æſtimo ad dominium non licet arguere negatiuè ut diximus ſupra quæſt. 2. n. 36 106

Octauo, & ultimo, quæritur an in reſtitutione huius fideicommiſſi detrahenda ſint per hæredes grauatos ea bona omnia generaliter quæ non ſunt deſcripta in æſtimo fraternæ à Cornu 1550

Deciſio omnimoda huius quæſtionis pendet ex his quæ diximus in deciſione quæſtionis ſecundæ à num. 14 uſque ad nu. 22. ideò pro reſolutione repetenda ſunt hic, quæ ibi diximus ex quibus iuribus negatiue venit concludendum, quia omnia præſumuntur de ratione fideicommiſſi, quoties per hęredes grauatos non doceatur aliundè fuiſſe acquiſita, & hæc potiſſimum procedunt ex quo nullum inuentarium fuit confectum, ut ibi diximus.

Hactenus de detractionibus, quibus fideicommiſſum minuitur; Nunc de imputationibus, quæ detra-

tractiones minuunt, videndum eſt.

107 Primo itaque ✠ indetractiones imputari debent mobilia, ſemouentia, pecunia, fructus, & credita; & eſt theorica infallibilis, quam tradunt, & ſtrenuo marte defendunt inter alios.

Franc. Marzar. in Epith. fideicom. quæſt. 5. ubi dicit hoc procedere ſine dubio, & allegat pro fundamento tex. inſtit. tit. de ſing. reb. per fideicom. relic. in princ. ubi dicitur fideicommiſſum poſſe conſtitui non ſolum in fundo, verum etiam in argento, homine, veſte, & pecunia numerata.

Aymo. Crau. Conſ. 295. in fi. Verſ. nono dubitatur, motus ea

108 ratione, quia ✠ hæres tenetur rationem reddere fideiccommiſſario de omnibus rebus inuentis in hæreditate, ac de adminiſtratis, & dilapidatis, de quibus tenetur conficere inuentarium.

Mantica de conie&. ult volunt lib 7 tit. 6 num. 1. 2 3. ubi de mobilibus, & pecunia tàm iuuenta in hæreditate, quàm redacta ex nominibus de. itorum. Et in tit. 10 num 1 & tribus ſequen. confutando contrariam Bart. opinionem, di-

109 cit ✠ fructus inuentos in hæreditate tempore mortis cenſeri non ut fructus, ſed ut reliquum patrimonium, & pars hæreditatis, qui ſi ſint conſumpti, precium debet reſtitui, & hanc eſſe magis communem opinionem, & circa hoc nullum eſſe ſcrupulum dubitationis.

Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3 caſu 256. num. 3. per aſdem rationes dicit fructus perceptos viuente teſtatore reſtitui debere, vel imputari.

M. Ant. Pereg. lumen materiæ fideicnmmiſſariæ in tract de fideicom. art. 35. num. 15 firmat propoſitionem, Quod † hæres cum creditor eſt defuncti ex neceſſitate quadam ſibi ipſi ſoluiſſe videtur, quia lex fingit ſolutionem quamdá breui manu ſibi ipſi per hæredem factam; Qua propoſitione firmata num 22. quærit an hæc ficta ſolutio videatur priùs facta in bonis mobilibus, mouentibus, & nominibus debitorum, ac etiam in fructibus extantibus tempore mortis defuncti; Et arguendo in utramque, tandem num. 23. ad caſum noſtrum ita concludit; *Quamobrem in tot magnis, & grauibus cauſis fideicommiſſariis per me practicatis temperamentum hoc vidi adhibitum, ut ſcilicet in credita hæredis grauati ex perſona ſua, vel ex perſona defuncti pro eius debitis, aut legatis ſolutis imputentur pecunia in hæreditate reperta, mobilia quæ ſeruando ſeruari poterant, aurea, argentea, margarita, item fructus extantes tempore mortis teſtatoris, ſaltem ſupra neceſſaria alimenta filiorum &c.* ſubdens ita in caſu allegato obtinuiſſe. 110

Et quamuis dicat ſupellectilia domus non imputari niſi in credito conſimili ex cauſa mobilium, id tamen intelligit in fideicommiſſo aſcendentium, quando res agitur cum filiis, & deſcendentibus, ut ſonat caſus de facto ibi allegatus, & indicant rationes adductę pro fundamento huius opinionis ſub d. n. 22. Verſ. Tertio quia; Secus dicendum eſt in caſu noſtro, ubi

Digitized by Google

agitur de fideicommiſſo tranſuerſali.

Et hanc eadem quæſtionem reaſſumpſit idem Pereg. art. 10. nu.32. 33. & 34. ubi arguendo in utramq; concludit contra hęredem, quia quoad fructus, & res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, in culpa fuit quare non diſtraxit res tempore perituras ad commodum hęreditatis fideicommiſſariæ; Quo verò ad pecuniam concludit pro reſtitutione, vel imputatione quia uſus videtur eidem conceſſus, qui ſit pro re, & commodo hæreditatis, non autem abuſus pro arbitrio hæredis; Et hoc ipſum melius repetit. art. 40. n. 37.

Quamobrem cum primum aſſumptum tantorum virorum auctoritatibus comprobatum ſit, non eſt opus ulteriori defatigatione, quoniam poſt tantos, & adeò indefeſſos, & diligentes meſſores fruſtra fieret ſpicilegium.

Non tamen hoc in loco ommitto ex abuudanti, quod ita etiam in ſimili fideicommiſſo contra me iudicatum fuit in cauſa contra Conſortes de Pellinis anno 1695. 28. Iunii.

111 Addo etiam, ✠ quod ſecundum leges Venetas dotes debent reſtitui ſuper bonis mobilibus prout in ſtat. lib. 4. c. 24. Verſ. ult. & c. 25. Verſ. ult. & in practica palatii c. 4. Verſ. Pagamenti, legge 1613. 22. Marzo in correct. Sereniſs. Ducis Mem. Ergò mobilia de ratione teſtatoris debent imputari in dotem ipſius mulieris reſtitutam.

Quod autem fideicommiſſum hoc comprehendat etiam mobilia, non eſt opus mentis defatigatione, cum id percipi poſſit, ex verbis teſtatoris ibi: *Nel reſto veramente de tutti li beni ſuoi mobili, e ſtabili &c.* iunctis verbis ſubſtitutionis ibi: *Mancādo li Maſchi deſcendenti dalle predette ſue ſorelle, ſuccedano in detti beni &c.* Etenim ✠ 112
relatiuum illud, *Detti beni*, eſt rei pręcedentis repræſentativũ Schrad. conſ. 3. num. 54. lib. 1, Aldo. conſ. 110. num. 10. Et ✠ relatum eſt in 113
referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & circunſtantiis l. aſſe toto ff. de hęred. inſtit. l. in teſtamento ff. de conditio; & demoſtr. l. à filio §. ſi teſtator ff. de alim. & cib. legat. Bal. in l. 1. ff. de receptator. Crau. Conſ. 45. n. 4.

Cæterum ✠ appellatione mobilium veniunt mobilia, ſemouentia, fructus in hæreditate reperti, & pecunia, potiſſimum quando mobilia non ſunt relicta ſub ſigno demonſtratiuo, mobilia domus vel de domo, ut latè Pereg. de fideicom. art. 5. num. 43. qui dicit hanc eſſe notiſſimam propoſitionem. 114

Dubium autem ſuboritur circa hæc mobilia, quomodo ipſorum quantitas probari poſſit, cum de inuentario non conſtet.

Reſpondeo, quod quando grauatus non confecit inuentarium; ✠ quod eſt caput rationum reddendarum, ut poſt multos firmat. 115
Peregr. de fideicom. art. 3. ſub. num. 73. in fi. licet fideicommiſſario, non ſit deferendum iuramentum in litem, quia hoc nulla lege cautum eſt, ut arguit Imp. in §. cum igitur, in Auth. de non eligen. ſecun. nub. mulier. nec per hoc releuetur ab onere probandi

Digitized by Google

116 res fideicommiſſarias, ✠ ſufficiunt tamen leuiores probationes ut docet Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 25. dicens; *ſufficerent tamen fideicommiſſario agenti leuiores probationes, adeò ut ex variis circunſtantiis pro perſonarum conditione, ac temporum iudex prudenter arbitrari poſſet, & præſertim circa mobilia, & fructus extantes tempore mortis defuncti, prout ſæpius practicatũ vidi.*

Et in art. 10. ſub. num. 34. in fi. circa fructus ſubdit: *Crederem in fructibus perceptis arbitrium iudicis plurimum poſſe, ut videat an ſuperent indigentiam hæredis, & an hæres ſit de his, quos teſtatorem opportuiſſet alere, & ſic ex iudicio arbitrario conſideratum vidi.*

Et demum in art. 35. num. 28. concludit: *Poſſet tamen iudex ex variis circunſtantiis informare votum animi ſui, & arbitrari bonorum quantitatem* ad tex. in l. arbitrio ff. de dolo, in l. in actionibue ff.
117 de in litem. iur. ſubdens ✠ quod in iſtis dubiis iudex non tantum ex veris, & plenis probationibus, ſed ex coniecturis, conſiderata perſonarum conditione, & aliis veriſſimilibus circa hęc præſumere debet, & quod per pręſumptiones habebuntur probationes.

Conſequens eſt igitur, ut de circunſtantiis circa mobilia, ſemouentia, pecuniam, fructus, & credita diſpiciamus, cum præſumptionibus pro ipſorum quantitate militantibus in caſu noſtro.

Circa mobilia, ea ſunt duplicis generis, ſcilicet mobilia domus, ſeù ſupellectilia, & muliebria, ſcilicet dotalia primæ, & ſecundæ uxoris teſtatoris.

Quantitas primi generis deſumitur ex teſtamento, in quo teſtator legat uxori uſum ſupellectilium ibi deſcriptorum caſu quo vellet viuere ſeparata ab hærede ſuo, ubi reſtringit ſupelletilia coquinæ ad quartum totius fraternæ; Ergo iſtud quartum pręſumitur legatum etiam in aliis ſupellactilibus, quoniam ✠ legatum unum ex aliis de-
claratur Mant. de coniect. vol. ult. 118
li. 9. tit. 1. n. 25. & ✠ Verba unius 119
pituli teſtamenti intelliguntur ſicut teſtator in alio axepit Bart. in l. centurio n. 27. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Socin. Iun. Conſ. 136. n. 11. vol. 2. conſ. 51. n. 9. vol. 4. Vbi aſſerit hanc doctrinam Bart. communiter eſſe receptam Mant. de coniect. ult. vol. l. 3. tit. 9. n. 3.

Quantitas ſecundi generis facilè deprehendi poteſt ex eo quod teſtator habuit duas uxores. Item ex chirographo 1548. 5. Martii ubi habuit à ſecunda uxore mobilia pro lib. 168. 14. Et ex chirographo 1549. 10. Iunii, ubi habuit lib. 493. 19. expendendas in aliis mobilibus pro uſu ipſius ſecundæ uxoris. Circa quæ mobilia conſiderandum, quod teſtator ſuperuixit ſeptem annis tantùm, intra quod tempus non potuerunt fieri deteriora, Poſt verò mortem teſtatoris eorum uſus mulieri interdictus erat tùm ex cauſa viduitatis, tùm etiam ex teſtatoris diſpoſitione ibi: *Gli ſian conſegnate à goder, & uſufruttuar, fin che ella viuerà Vedoualmente, e caſtamente le infraſcritte robbe, &c. Eccettuando tamen le veſte de color, & altre veſte de ſeda.*

Item perpendendum eſt, Chirographum Chriſt. hæredis grauati

1566

Digitized by Google

1566. 3. Ianuarii ubi fatetur ſerica, & aurea veſtimenta à fratria ſibi tradita, vendidiſſe, quæ plurimum conſerunt ad arguendum valorem cæterorum mobilium.

Quoad ſemouentia ex ſcriptura 1543. 14. Decembris patet fratres à Cornu dediſſe ad ſocidam Andreæ Pagno quatuor capita bouina per annos tres, quorum unum cum vitulo, reliqua verò pregnantia, unde in fine locationis debuerunt plurimum multiplicaſſe.

Conſiderandum, quod ipſa ſocida in fine ſocietatis pertinuit ad dictos fratres pro medietate, altera vero medietas, cum fœtu, erat eiſdem hippotecata pro incontro, ibidem conuento lib. 36. nec non pro eor. credito lib. 129. 7. ut in dicta ſcriptura, Vnde in fine ſocietatis tota fere ſocida cum fœtu debuit peruenire in dictos fratres.

Ex hoc autem antecedenti deducitur conſequentia, quod tempore mortis teſtatoris 1556. potuerint eſſe valoris conſiderabilis, Nec infra illud tempus perſumendum eſt fuiſſe deperdita, ſed continuaſſe in fraterna uſque ad eius mortem per ea, quæ diximus ſupra quæſt. 5. num. 62. & infra.

Pecunia pariter eſt duplicis generis, alia ſcilicet propria teſtatoris, alia verò communis. Propria dupliciter poteſt conſiderari, primò quæſita ex officio notariatus, ut peculium quaſi caſtrenſe, ſecunda quæſita ex dotæ primæ uxoris cuius fuit heres utpote aduentitium, de quo habetur quantitas in inſtrumento dotali 1530. 13. Ianuarii.

Communis verò pecunia colligitur ex inſtrumentis 1554. 4. Aprilis ubi fratres à Cornu habuerũt pro venditione domorum de Torteſegna lib. 1240. Et pro æquiualentia dicti prædii permutati libr. 2904: 18. faciunt libr. 4144. 18.

Cum autem conſtat, ✠ quod 129
pecunia ſemel fuerit in fraterna, alleganti eam impenſam fuiſſe onus probandi incumbit per ea, quæ habentur quæſt. 5. n. 62. & tribus ſequentibus, iuncta quæſt. 2. num. 20. 21. & 22. Idque eo magis procedit ex quo teſtator in ſuo teſtamento mandat legata eius Neptibus relicta perſolui debere, vel in fundis, vel in pecunia numerata; ergò tempore eius mortis extabat pecunia ipſa.

Quoad fructus conſiderandum eſt tempus mortis teſtatoris 13. Decembris, ex quo colligitur, quod fructus eo tempore erant adhuc integri, & abſque ulla diminutione. Conſiderandum, quòd ſuper portione fructuum teſtatoris antecedentibus annis ipſe, & eius uxor perceperunt annua alimenta, & per conſequens etiam eo anno debuiſſent ſufficere ad eorum ſuſtentationem ſi teſtator ſuperuixiſſet, & ideo per mortem ipſius deducto victu uxori legato, id ſuperfuiſſe præſumitur, quod fuiſſet neceſſarium pro victu teſtatoris.

Circa credita, ſiue nomina debitorum, perpendendum eſt chirographum 1543. 14. Decembris vbi fratres Pagni confitentur ſe eſſe debitores fratrum à Cornu lib. 129: 7. de quò debito dicitur apparere in lib. A fratrum à Cornu creditorum fol. 103. & fol. 105. Ergo præſumendum eſt eos in dicto

cto

Digitized by Google

ſto libro habuiſſe multa nomina debitorum, circa quæ iudex prudenter arbitrari poteſt.

Secundò, in detractionem legati ducatorum quinquaginta ſoluti Margaritæ Luſiæ nepti teſtatoris imputandum eſt liuellum ſtariorum trium cum dimidio frumenti dictæ Margaritæ aſſignati loco pignoris,& tempore ſolutionis retro habiti, pro medietate teſtatori ſpectante, ex quo præſumitur de ratione fraternę, niſi per DD. Conſortes probetur aliundè quæſitum per ea, quæ latè diximus in 2. queſtio. nu. 14. & n. 17. & infra vſque ad num. 22.

Tertiò, per eaſdem rationes, in detractione dotis vxoris teſtatoris ſolutæ Luciæ vxori q. Paſchalis à Cornu librarum 260. 14. pro ſua contingenti portione, imputandum eſt capitale eiuſdem ſummæ dictæ Luciæ oppignoratum, & tempore ſolutionis retroacceptum, pro medietate, (alio non edocto) ad teſtatorem ſpectante.

Quartò, Teſtator legauit Marco Luſio Ducar. quinquaginta eidem dandos in tot fundos æqualis valoris poſt mortem Chriſtophori hæredis grauati.

Anno 1563. 26. Ianuarii ipſe Chriſtophorus relaxavit dicto Marco, & fratribus Luſia libr. 137. quas debebant fraternæ. Item donauit eiſdem unam petiam terræ arratiuæ ſtariorum quatuor, nuncupatam in Certieghe pariter de ratione fraternæ, quæ habita fuit in concambium bonorum fraternæ, & ✠ Res permutata ſuccedit 121
in locum rei permutatæ l. ſi donatę §. fin. ff. de donatio. inter vir. & vxor l. filiæ §. fin. ff. de conditio. & demonſtr. l. Imperator §. fin. ff. de lega. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gl. 1. n. 26. & ſeq. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 8. n. 23. Peregr. de fideicom. art. 44. nu. 30. Grau. Conſ. 202. nu. 3. 5. & præcipue num. 50.

Quæritur an in detractione dicti legati imputanda ſit medietas dicti crediti, & dictæ terræ teſtatoris ſpectans vti de ratione fraternæ?

Reſpondetur affirmatiuè, ✠ 122
Quoniam quemadmodum per aditionem hæreditatis abſque inuentario non pereunt actiones actiuæ competentes hæredi grauato, ✠ 123
ſic nec paſſiuæ, quæ reſtituuntur fideicommiſſario aduerſus ipſum hæredem l. ſi hæres §. fin. ff. ad Trebell. & ✠ ſiue ſit debitor, ſiuè 124
creditor hæreditatis, hippothecæ, & obligationes non diſſoluuntur l. debitor ff. eod. l. ex ſextante §. Latinus ff. de except. rei iudic. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gl. 7. n. 70. Peregr. de fideicom. art. 35. ſub n. 3. in fi.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio eſt ſecunda hæredis inſtitutio.*

2 *Filiorum appellatione nepotes continentur in fideicommiſſis diſpoſitiuis, ſi tempore cedentis fideicommiſſi non exſtant filij.*

3 *Item quando teſtator vocat filios per verba vniuerſalia, vtputa omnes, quoſcumque &c.*

4 *Vniuerſalis ſermo includit eas res, & perſonas, quæ ex propria vocabuli ſignificatione non continerentur.*

5 *Indefinita æquipollent vniuerſali.*

6 *Filiorum appellatione continentur nepotes, quando filij ſunt vocati per verba, quæ important tractum temporis ſucceſiuum.*

7 *Item quando filij ſunt vocati in aliquem futurum euentum, quo tempore filij poſſint exiſtere, & non exiſtere.*

8 *Item quando poteſt colligi teſtatorem de nepotibus etiam ſenſiſſe.*

9 *Subſtitutio dubia ex præcedenti inſtitutione declaratur.*

10 *Maſculinum concipit fœmininum in fauorabilibus, & in legatis, & fideicommiſſis lucratiuis.*

11 *Argumentum valet de toto ad partem.*

12 *Hæreditas non adita nō trāſmittitur.*

13 *Contrarium verius de iure municipali Feltrenſi.*

14 *Statutum diſponens quod hæreditas non adita transmittatur, validum eſt.*

15 *Hæreditas non adita tranſmittitur, ad hæredes de iure Veneto.*

16 *Item in ſucceſſionibus fideicommiſſarijs.*

17 *Præſcriptio non currit contra ciuiliter poſſidentem.*

18 *Præſcriptio non currit ad fauorem poſſidentis naturaliter tantum.*

19 *Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit.*

Ad præſcribendum requiritur bona fides. ibid.

20 *Dividens cum alio fatetur eum eſſe dominum pro dimidia parte.*

21 *In mala fide eſſe dicitur, qui habet ſcientiam rei alienæ.*

22 *Hæres malæ fidei poſſeſſoris non præſcribit.*

Quamuis velit inchoare præſcriptione ex perſona ſua. ibid.

23 *Mala fides purgatur ex curſu longī temporis, & bona fides præſumitur.*

Contrarium de iure verius, quod immo malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. ibid. n. 24.

25 *Dictio vniuerſalis negatiua circa tempus omne tempus negat, & num. 27.*

26 *Vniuerſalis affirmatiua omnia comprahendit, quæ excogitari poſſunt.*

28 *Negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet.*

29 *Ius Canonicum conſiderat peccatum in poſſeſſore malæ fidei.*

30 *Peccatum non tollitur ex temporis antiquitate.*

Crimina tanto magis ſunt grauiora, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. ibid.

Digitized by Google

31 *Ius Canonicum ſeruandum eſt in materia peccati.*

32 *Mala fides vera grauior eſt, quàm præſumpta.*

33 *Ad præſcribendum requiritur iuſtus titulus.*

34 *Titulus prouenien à perſona, quæ non habet titulum nullius eſt momenti.*

35 *Alienatio rei alienæ eſt prohibita.*

36 *Alienare rem alterius, delictum eſt.*

37 *Titulum non haberè, vel exceptione illum ellidi poſſe, paria ſunt.*

38 *Titulus iniuſtus causat malam fidem.*

39 *Titulum non exhibere longè melius eſt, quàm exhibere, ſed infectum, vel vitiſum o.*

Digitized by Google

Antonius à Cornu

Io:Baptiſta Teſt.
1556. 30.Nouembris

Cattarina vxor
Sigiſmundi Luſa

Chriſtophorus Teſt.
1576. 22.Ianuarii

Hieronymus Præsb.

Marcus

Antonius

Io:Baptiſta Doctor

Sigiſmundus

Franciſcus Doctor

M.Antonius

Sigiſmundus

Hieronymus præmortuus
1. Vxor [illegible] Laura
2. Vxor [illegible]reuſa Zanetteli

Filiæ

Franciſcus

Barthol.Can.
Vltimus de prole

Maria
Vxor
Vgolini à Cornu

Cattarina
Vrſulina

Eliſabeth
Vxor
Ioſephi Porta

Aurelia

Co:Petrus Franciſcus

QVÆ-

QVESTIO SEPTIMA.

An, & quo iure medietas eius, quod reintegrato fideicommiſſo ſupereſt de ratione Chriſtophori ſpectet ad Excell. *Co:Petrum Franciſcum.*

HActenus de reſtitutionem fideicommiſſi ſuper medietate Prędij Pramaor, necnon de reintegratione eiuſdem fideicōmiſſi ſuper alia mediante, & ſic de bonis Io:Baptiſtæ à Cornu vidimus; Nunc verò de eo, quod reintegrato fideicommiſſo ſupereſt,& ſic de bonis Chriſtophori eius fratris videndum eſt.Chriſtophorus itaq;prędictus anno 1576. 22. Ianuarij in ſuo teſtamento de bonis ſuis ita diſpoſuit.

Inſtituiſse ſuoi vniuerſali heredi il Reuerendo Pre Hieronimo, miſ.Marco, e miſ.Antonio q. Sigiſmondo da Luſa ſuoi Nepoti ex ſorore, & Z. Batiſta, Sigiſmondo,& Franceſco fratelli figliuoli del detto miſ.Marco egualmente trà loro per capita, ET SVCCESSIVE' POST EOS FILIOS SVOS.

Anno 1598.18. Aprilis Io: Baptiſta, & Franciſcus q. Marci (mortuis iam cæteris cohæredibus ſine filijs) diuidendo inter ſe totum Prædium Pramaor, quod erat reliquum de ratione fraternæ, conſequenter & eam portionem, quæ reſtituto, & reintegrato fideicommiſſo potuit ſpectare ad Chriſtophorum, inter ſe æqualiter diuiſerunt.

Deceſſit Franciſcus anno 1634. 10. Martij, relictis tribus Neptibus ex Hieronymo filio præmortuo, in quarum iuribus ſucceſſit Excell. D. Co: Petrus Franciſcus, qui propterea petit ad præſens iure repræſentationis admitti ad medietatem bonorum Chriſtophori, ſcilicet ad eam portionem, quæ tetigit Franciſco.

QVÆRITVR an, & quo iure ſit admittendus?

Reſp. affirmatiuè ex duplici fundamento.

Primò, quia iſtæ Neptes Franciſci poſt ipſius mortem ſunt ſubſtitutæ in eius portionem,ſiuè potius ex propria perſona vocatæ.

Secundò, quia dato, quod non eſſent vocatæ, ea portio ad ipſas ſpectabat pro earum creditis particularibus,& ſic pro præmiſſorum confirmatione tres ſequentes quæſtiones reſoluendæ ſunt.

Primò, an Neptes Franciſci ſint vocatæ ad ipſius portionem de ratione Chriſtophori.

Secundò, an ſaltem ſint ad ipſam admittendæ pro earum creditis particularibus.

Tertiò, an iura dictarum ſororum ſint tranſmiſſa in dictum D.Co: Petrum Franciſcum.

Circa primam quæſtionem ponderandum eſt teſtamentum Chriſtophori prædictum. Vbi pluribus diuerſorum graduum hæredibus inſtitutis ſub ipſa inſtitutione compræhendit etiam eorum filios ibi: *Inſtituiſse ſuoi vniuerſali heredi il Reuerendo Pre Hieron. Marco &c. Et ſucceſſiuè poſt eos filios ſuos;* Ergò filij Franciſci

ciſci, poſt eum ſunt diſpoſitiuè, & ex propria perſona inſtituti, ſiuè
1 ſubſtituti, quia ✠ Subſtitutio eſt ſecunda hæredis inſtitutio per gl. & Doct. ſuper Rub. ffrum de vulg. & pup. ſubſt. Oinot. inſtit. tit. de vulg. ſubſt. num. 3.

Quæ quidem ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, in qua pluralitas reſoluitur in ſingularitates, adeò vt non extante reciproca inter honoratos, filij Franciſci ſint vocati ad medietatem totius hæreditatis Chriſtophori teſtatoris, altera verò ſpectat ad filios Io: Baptiſtæ per ſubtilem, & elegantem theoricam, quam tradit Peregr. de fideicom. art. 13. num. 36.

Verùm enim verò appellatione filiorum, cum agitur de eorum commodo continentur nepotes l. Lucius ff. de hæred. inſtit. l. liberorum §. ſed & Papirius, & l. iuſta, & l. filij appellatione ff. de verb. ſignif. Peregr. art. 22. num. 61. qui dicit hanc eſſe communem, Marz. in Epith. fideic. quæſt. 17.

Secundò confirmatur præmiſſa
2 concluſio, nam ✠ in fideicommiſſis diſpoſitiuis (quale eſt hoc) vbi fideicommiſſum relinquitur filijs, & tempore cedentis fideicommiſſi non extant filij, ſed nepotes, locus eſt nepotibus, ita tenent ſcribentes in l. Gallus §. inſtituens ff. de lib. & poſth. & communem] traditionem aſſerit Peregrin. artic. primo numer. 32. per Iaſ. & Soci. allegat.

3 Tertiò accedit, nam quando ✠ teſtator vocat filios per verba vniuerſalia puta omnes, vel quoſcumque tunc nepotes continentur
4 ✠ quia vniuerſalis ſermo includit etiam res, & perſonas, quæ ex propria vocabuli ſignificatione non continerentur, l. Iulianus, & l. liberorum §. quod tamen Caſſius ff. de lega. 3. Peregr. dicto art. 22. num. 49. Crau. conſ. 155. num. 4. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 36. num. 56.

Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, quo ſunt vocati per verba indefinita ✠ quæ æquipollent vniuerſali l. ſi pluribus ff. de lega. 2. notant Doct. in cap. de eo, de temp. ordin. Sebaſt. Medic. tract. de reg. iur. par. prima reg. ſecunda numer. 104. Rolan. de lucro dot. quæſt. 32. num. 15: Aldou. conſ. 56. num. 13.

Quartò, ✠ quando filij ſunt vocati per verba, quæ important 9
tractum temporis ſucceſſiuum (vt hic: *Succeſſiuè poſt eos filios ſuos*) nepotes continentur, ſic ſenſit Ludou. Molin. de maior. hiſpan. lib. 1. cap. 3. num. 14. cap. 14. ante numerum 13. & lib. 3. cap. 6. numer. 28. Tiraq. de iure primog. quæſt. 40. num. 57. Didac. in pract. capit. 38. num. 6. 7. Peregr. dicto art. 22. num. 51.

Quintò, ✠ cum teſtator vocat
filios in aliquem futurum euentum, 7
quo tempore poſſit contingere, quod filij non extent, ſed nepotes (vt hoc in caſu;] filiorum mentio nepotes, & vlteriores continet, ad notata in dicta l. Gallus §. inſtituens ff. de lib. & poſth. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 5. num. 3. Peregr. poſt Imol. & Doct. communiter dicto art. 22. num. 50. art. 21. numer. 44. & in conſ. 52. num. 8. conſ. 59. num. 3. lib. 5.

Sextò,

Digitized by Google

8 Sextò, ✠ Quando ex coniecturis colligi poteſt teſtatore de nepotibus etiam ſenſiſſe, nemini dubium eſt quin ad fideicommiſſum filijs relictum nepotes etiam admittantur argum. dictæ l. liberorum §. ſed & Papirius ff. de verb. ſignif. docet Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. num. 12.

In noſtro autem caſu teſtator in inſtitutione vocat tàm filios, quàm nepotes ſororis ſuæ, & ſic tàm de filijs, quàm de nepotibus ſenſit in inſtitutione. Ergò idem præſumitur ſenſiſſe in ſubſtitutione, quoniam generaliter traditum eſt
9 ✠ dubiam ſubſtitutionem ex præcedenti inſtitutione declarari, vt docet idem Mant. ibidem lib. quinto tit. primo num. 20. & 21.

10 Cæterum in legatis, ✠ & fideicommiſſis lucratiuis, & in fauorabilibus, maſculinum concipere fæmininum loci legum notiſſimi ſunt l. ſi ita ſcriptum ff. de lega. ſecunda, l. ſeruis vrbanis in princ. & in §. ſed ſi pueris ff. de lega. tertio; l. qui duos ff. eodem, l. ſeruis legatis in princ. ff. eodem tit. l. inter ſtuprum §. fin. ff. de verb. ſignif. Bart. in l. Plautius ff. de auro & arg. lega. latiſſimè, Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gl. 9. numer. 179. vſque ad num. 275. & præcipuè numer. 222. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 14. num. 2. amplè Peregr. de fideicom. art. 25. numer. 1. 2.

Et ſic probatum remanet Neptes Franciſci ſubſtitutas, ſiuè potius ex propria perſona vocatas eſſe ad portionem Franciſci earum Aui paterni in bonis pertinentibus ad Chriſtophorum à Cornu.

Circa ſecundam quæſtionem dato, quod dictæ neptes non eſsent vocatæ ad illam medietatem bonorum Chriſtophori, quæ tetigit Franciſco earum auo paterno, adhùc tamen ad ipſas ea portio ſpectabat pro earum creditis particularibus. 1

Etenim mortuo dicto Franciſco filij maſculi Io: Baptiſtæ deduxerunt ex fideicommiſſo medietatem eius portionis Pramaor vti de ratione Io: Baptiſtæ fideicommittentis, altera verò medietas remanſit in hæreditate vti de ratione Chriſtophòri ad commodum dictarum ſororum, vt patet ex petitione 1634. 31. Martij, & ſententia ſubindè ſecuta diei 21. Octobris eiuſdem anni; Ex qua diuiſione, nec non ex diuiſionibus 1598. colligitur, quod donec fuerunt maſculi de domo Luſia capaces fideicommiſſi, ex quo actio, & paſſio concurebat in eodem ſubiecto, nulla fuit habita ratio fideicommiſſi reintegrandi, ſed Pramaor fuit conſideratum de ratione Chriſtophori pro integra medietate.

Hæc itaque medietas fuit adiudicata, & in ſolutum tradita dictis Neptibus, & Creuſæ Zanettellæ earum matri pro earum creditis dotalibus, vt patet luculenter ex actis inter ipſas, & Curatorem hæreditatis iacentis dicti Franciſci, potiſſimum ex aſſignationibus ipſorum bonorum per dictum Curatorem factis D. Angelo Zanettello earum nomine 1637. 2. Maij, & 19. Iunij; Et ſic manifeſtè liquet, quod dictæ ſorores in bonis Chriſtophori à Cornu in Franciſcum earum Auum paternum quomodocumq; deuolutis habebant ius in re, & ad rem; Ergò quemadmodum potuerunt

runt

runt conſequi integram medietatem Pramaor de ratione Chriſtophori in Franciſcum deuolutam nulla habita ratione reintegrandi fideicommiſſum, ita & eam, quæ reintegrato fideicommiſſo ſupereſt habere debent, quoniam ✠ Quæ de
11 tota re vindicanda dicta ſunt, eadem & de parte intelligenda ſunt tex. expræſſas in l. quæ de tota ff. de rei vendic. l. an pars ff. pro derelic. l. qui ſcit in princ. ff. de vſur.

Cum itaque ipſæ ſorores dictam portionem hucuſque conſequi non potuerint de facto impeditæ ab auctoribus Dominorum Conſortum, qui eam ex titulo inhabili, & inualido detinuerunt, & detinent (vt infrà videbimus inſpect. ſecunda quæſt. prima) meritò iura ſua ad eam conſequendam tranſmiſerunt ad ſucceſſores, & ſic ſumus in tertia quæſtione.

Circa tertiam itaque quæſtionem, ſcilicet an iura dictarum ſororum ſint tranſmiſſa in D. Co: Petrum Franciſcum, ſatis conſtat ex ſequentibus.

Quoad Mariam eius matrem extat ſtat. Felt. lib. 3. Rub. 66. quo diſpoſitum eſt, quod mulier habens filios non poſcit relinquere bona ſua niſi filijs ſuis, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato.

Quoad Cattarinam eius Conſobrinam extat inſtrumentum publicum 1682. 2. Aprilis, quo ipſa donauit inter viuos eidem à Cornu omnia eius iura in hæreditate hac, de qua loquimur contra quoſcumque. Et prætereà ea defuncta, extat ſententia 1694. 30. Junij, qua in contradictorio iudicio cum Ven. Vrſulinis eidem adiudicata fuit ſucceſſio ab inteſtato in bonis dictæ Cattarinæ.

Quò verò ad Eliſabetam alteram Conſobrinam, poſt eius mortem eius hæreditas diuiſa fuit æquis portionibus inter maritum ſuperſtitem pro lucro medietatis dotis ſibi competente vigore ſtatuti Feltr. lib. 3. Rub. 73. & dictum D. Co: vti hæredem ab inteſtato. Poſteà verò dictus maritus ſuam portionem ceſſit eidem à Cornu, vt patet ex ſcriptura publica diei 14. Nouembris 1698.

Nec obſtat ✠ quod hæreditas non adita non tranſmittitur vulgatis iuribus, Quoniam ex lege municipali Felt. lib. 3. Rub. 65. apertiſſimè ſancitum eſt, quod ✠ *Si ad aliquem deuoluta fuerit hæreditas ex teſtamento, vel per fideicommiſſum, vel ſine teſtamento, vel aliquo alio modo, ille ad quem deuoluta, tranſmiſſa, tradita, vel translata fuerit hæreditas* (formalia verba ſtatuti) *mittatur in poſſeſſionem earum rerum, quas defunctus habuerit, vel viſus fuerit habere tempore mortis, etiam reſtitutione aliqua non præcedente in fideicommiſſarijs hæreditatibus*. *Et poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio, quæ erat penes defunctum incontinenti, & immediate eo defuncto intelligatur tranſmiſſa ad hæredem, ſiue ad illum, ad quem deuoluta, tranſmiſſa, tradita, vel translata fuerit eius hæreditas, & ille, intelligatur apprahendiſſe ipſam poſſeſſionem*: Ergò quid clarius?

De viribus autem huius ſtatuti, ✠ quod poſſit facere, quod poſſeſſio continuet ad hæredem abſque alia apprehenſione, non eſt ambi-
gen-

Right margin numbers: 12, 13, 14

gendum l. raptores C. de Epiſc. & Cler. & ibi not. Bart. & Bal. in l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. Franc. Viui. in com. opin. in verbo, ſtatutum, Alex. & omnes communiter in l. 1. in princ. & in l. cum hæredes in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.

Præterea ad præmiſſorum confirmationem adducitur ſtat. Ven. lib. 4.
15 cap. 6. & lib. 6. cap. 47. ✠ vbi expræſſe cauetur, quod hæreditas relicta ab extraneo, vt hic, etiam non ſoluta vel exacta, tranſmittatur ad hæredes tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & per quamlibet diſpoſitionem inter viuos.

16 Et in ſucceſſionibus ✠ fideicommiſſarijs hoc idem expræſsè deciditur in l. 3. §. 1. verſ. idem dicendum ff. de adim. leg. l. vn. §. cum igitur C. de cad. tollen. Bart. in l. cum filio familias ff. de lega. 1. in 6. quæſt. n. 13. quem refert, & ſequitur Peregr. de fideicom. art. 31. num. 3.

Ex quibus omnibus patet, quod dictæ ſorores portionem illam Pramaor, quam potuerunt vindicare, vel vti hæredes Chriſtophori à Cornu, vel vti creditrices Franciſci Luſij, quoquomodo tranſmiſerunt in d. Exc. D. Comitem ex titulis ſuperius expręſſis.

Nec obſtat ſi contrà præmiſſa opponatur præſcriptionis exceptio, namque Reſpondetur primo, quod
7 nulla præſcriptio ✠ currit contra eum, qui poſſeſſionem, vel quaſi ſaltem ciuilem habet, l. male agitur C. de præſcrip. 30. & 40. ann. l. cum notiſſimi C. eod. tit. l. ſi is, cuius ff. ex quib. cau. maior. gl. Bart. & Salic. in l. 1. C. de ſeru. fugit. gl. in §. aliquando inſtit. de vſucapio; Bart. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. Crau. conſ. 29. num. 9. Aldou. conſ. 47. num. 17 Peregr. conſ. 81. ſub num. 4. lib. 2.

Et conſequenter ✠ habens ſolam naturalem poſſeſſionem rei non 18
præſcribit l. acquiritur §. fin. ff. de acquir. rer. domin. Oinot. inſtitut. de interdic. §. poſſidere num. 69. & num. 75.

Quod autem dictæ ſorores habuerint poſſeſſionem ciuilem, & ſic DD. Luſij poſſeſſionem naturalem tantum in bonis, de quibus agimus, id efficaciſſimè comprobatur per ſtatutum Feltrenſe ſuperius allegatum.

Secundò, facit, nam ✠ ad præ- 19
ſcribendum requiritur bona fides, quia malæ fidei poſſeſſor non præſcribit c. vigilanti, c. ſi diligenti, & c. vlt. vbi Doct. de præſcriptio; cap. poſſeſſor de reg. iur. in 6. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 131. Aldou. conſ. 47. num. 18.

Quod autem Auctores DD. Conſortum fuerint in mala fide colligitur primo ex ſententia ad legem teſtamentorum dictorum fratrum à Cornu emanata ſuper inſtantia partis Luſiæ 1576. 5. Martij, & ex diuiſionibus ſubindè ſecutis 1598. vbi fatentur bona de quibus agimus, fuiſſe pro dimidia Chriſtophori; Item ex eorum petitione 31. Martij 1634 & ſententia diei 20. Octobris ſubſequentis, quibus firmatur portionem Pramaor, quæ tetigit Franciſco eſſe pro dimidia fideicommittentis, & pro altera dimidia Chriſtophori eius fratris, proindeque eam diuiſerunt cum dictis fœminis, quibus fuerat adiudicata.

Etenim ✠ diuidens cum alio fa- 20
tetur eum eſſe dominum pro dimidia

dia

Digitized by Google

dia parte, vti reſpondit Menoch. conſ.91. num.36. & poſt eum Aldou. conſ.90.num.40.

Præterea ex quo bona hæc emerunt ab Angelo Zanettello (licet nulliter, & inutiliter, vt ſuo loco dicemus) vti de ratione Creuſæ, vt patet inſtrumento 1636.13. Auguſti, ex tunc ſcientiam habuerunt de dominio ipſius in dictis bonis.

21 Cæterum vulgatiſſimi iuris eſt ✠ quod ille in mala fide eſſe dicitur, qui habet ſcientiam rei alienæ l. ſi quis fundum ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi exiſtimans, & ibi Bart. ff. pro ſoluto, l. fin. & ibi Bart. C. vnde vi; c. vlt. de præſcriptio; Bart. in l. illud ff. de petit. hæred. & in l. fur enim §. fundi ff. de vſucap. Bal. in l. poſt ſententiam col.pen. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. Crau.conſ.146. num. 1.

Ex quo autem ipſi fuerunt in mala fide, nec dicti Conſortes præſcribere, nec præſcriptionem cæptam

22 perficere potuerunt, quoniam ✠ Doct. communiter tenent, quod vbi defunctus fuit in mala fide, nec etiam eius hæredes præſcribere poſſunt, quàmvis velint incoare præſcriptionem ex perſona ſua, Peregr. de fideicom. d.art. 49 num. 132. Crau. poſt multos conſ. 146. in fin. Socin. Iun. conſ. 182. num.28. lib. 2. affirmans eſſe tritiſſimam iuris regulam, & in conſ. 144. num.53. lib. 1. Pancirol. conſ.173. num.19. & conſ.186. num.9. Molin. de contr. tom. 1. diſp. 65. col.2. verſ. ſecunda concluſio, & poſt multos à ſe congeſtos Aldou. conſ.50 n.25. & 39.

23 Nec obſtat ✠ ſi obijciatur ex curſu longi temporis malam fidem purgari, & bonam fidem præſumi per Bart. in d. l. fin. in fine C. vnde vi, Paul. de Caſtr. conſ. 169. col. 2. lib.2. Corn. conſ.96. col.fin. lib. 4. namque reſpond. quod id expreſsè reprobatur in d. c. vigilanti de præſcriptio. ibi: *Nulla antiqua prædiorum poſſeſſio iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſorem*, & in d. c. poſſeſſor de reg. iur. in 6. cuius verba ſunt hæc: *poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit*, & in c. quoniam de præſcriptio. ibi: *nulla valeat abſque bona fide præſcriptio*, ex quibus colligitur, ✠ 24
quod qui eſt in mala fide nullius temporis præſcriptione tuetur, nec etiam illius, cuius initij memoria non extat in contrarium, quoniam ✠ 25
illorum textuum dictio vniuerſalis negatiua omne tempus negat l. fin. ff. deliber. & poſth. c. Deus omnipotens 2. quæſt. 1. Deci. conſ.365. col. 3. in fin. ſicut enim ✠ vniuerſalis affirma- 26
tiua omnia comprehendit, quæ excogitari poſſunt l. Iulianus ff. de lega. 3. l. in fideicommiſſi §. cum Pollidius ff. de vſur. l. cum virum vbi Bal. in 2. opp. C. de fideicom. Ita ✠ vniuerſalis negatiua circa tem- 27
pus negat, & excludit omne tempus, quod conſiderari poteſt, cum ✠ ſit fortior negatiua ad negan- 28
dum, quam affirmatiua ad affirmandum, gl. not. in l. hoc genus ff. de cond. & dem. vbi negatiua extenditur in infinitum, & gl. in c. cum dilectus de conſuetud. ſequitur gl. in cap. primo in verbo, niſi, de præſcriptio. lib. ſexto Gail. pract. obſeru. lib. ſecundo obſeru. 18 num. 7. atteſtans hanc eſſe communem opinionem in camera Imperiali approbatam, quod ſcilicet nulla præſcriptio valeat malæ fidei poſſeſſori.

Et

Digitized by Google

Et hæc procedunt tàm de iure Canonico, quàm de iure ciuili, cum & ius Canonicum in hoc ſeruari debeat ſecundum communem, & receptam Doctor. ſententiam Deci. conſ. 144. num. 4. Soc. conſ. 144. num. 47. lib. 1. Balb. de præſcriptio. in 2. part. 3. par. princ. q. 7. num. 40. Crau. Conſ. 146. n. 5. Minſinger. cent. 4. obſeruat. 6. & ratio eſt, quia ✠ Ius cano-
29 nicum conſiderat peccatum eius, qui eſt in mala fide; ſed ✠ pecca-
30 tum non tollitur ex temporis antiquitate cum immò crimina tantò magis ſint grauiora, quantò diutiùs infelicem animam detinent alligatam c. non debet in fi. de conſang. & affin.

Et in materia peccati ✠ ſtan-
31 dum eſt iuri canonico, c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Doct. in l. ſequitur §. ſi viam ff. de vſucap. Bart. in l. privileggia C. de Sacroſ. eccles. Crau. d. Conſ. 146. ſub n. 5. Aldou. conſ. 47. n. 19.

Vlterius reſpondetur, quod Bart. allegatus ſupra n. 23. loquitur, & eſt intelligendus in mala fide præſumpta vtputa de ingrediente poſſeſſionem vacantem, quam putare debebat ad alium pertinere, vt ait Crau ibid. n. 6. nos autem ſumus in mala fide clara, quia auctores Conſortum emerunt rem alienam ſcientes eam ad Creuſam Luſiam, & eius filias pertinere; quo caſu non valet argumentum mala fides præſumpta purgatur ſpatio longiſſimi temporis, Ergo & mala fides vera, ✠ Gravior enim eſt
32 mala fides vera, quam præſumpta, ſicut dicitur de dolo vero, & de dolo præſumpto. Alex. Conſ. 105. col. 6. lib. 1. Deci. Conſ. 178. col. 3. circa med., Crau. d. conſ. 146. ſub num. 6.

Tertiò, quod non obſtet præſcriptio facit, nam † ad præſcribendam 33
vltra bonam fidem principaliter requiritur iuſtus titulus, ſcilicet habilis ad transferendum Dominium inſt. tit. de vſucapio. in princ.; & ibi Oinot. n. 32. 33. 34. l. nullo C. de rei vendic. l. diutina, & l. ſuper longi C. de longi temp. præſcriptio.

In noſtro autem caſu titulus illorum de Luſia 1636. 13. Auguſti, quo acquiſiuerunt hęc bona ab Angelo Zanatello, habetur pro non titulo † cum proueniat à perſona, 34
quæ nullo titulo poſſidebat, Bart. in l. ſi rem, & precium ff. de petit. hęredit. & faciunt not. per eumdem Bart. in l. 1. nu. 1. & 2. C. de inoff. teſtam. oſaſch. deciſ. Pedem. 56. n. 5. Peregr. de fideicom. art. 45. n. 22. Aldou. Conſ. 50. poſt nu. 37. verſ. vel ubi datur.

Et apertiſſimè † prohibita, & 35
interdicta eſt quęcumque alienatio rei alienæ tot. tit. C. de reb. alien. non alien. immò † delictum eſt 36
rem alterius alienare, l. Ancillæ C. de furt. Menoch. Conſ. 507. nu. 8. Aldou. Conſ. 50. n. 28.

Paria autem ſunt † non habere 37
titulum, vel exceptione illum elidi poſſe, l. eleganter §. ſeruus ff. de dolo. Crau. conſ. 322. ſub num. 1. immò † titulus iniuſtus non modo 38
non opitulatur, ſed malam fidem cauſat, vt poſt Pariſ. & alios, firmat Aldou. in conſ. 51. nu. 40. Et propterea † longè melius eſt nullum 39
titulum exhibere, quàm infectum, vel vitioſum Peregr. conſ. 2. n. 56.

L conſ.

Digitized by Google

conſ. 92. num. 28. lib. 1. Aldou. d. conſ. 51. n. 41.

Ex quibus omnibus firma remanet concluſio, medietatem eius quod reintegrato fideicommiſſo ſupereſt de ratione Chriſtophori à Cornu ſpectare ad Exc. D. Com. Petrum Franciſcum, uti rappræſentantem iura quomodocumq; Creuſæ Luſiæ, & ſuarum filiarum.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio eſt introducta, ne dominia rerum diù in incerto remaneant.*

2 *Et vt aliquis litium ſit finis.*

3 *In culpa eſt qui non vtitur remedio ſibi competenti.*

4 *Lata culpa eſt non facere quod fieri ſolitum eſt.*

5 *In dolo dicitur, qui non vtitur remediis opportunis.*

6 *Hares non conficiens inuentarium non excuſatur allegando ignorantiam.*

7 *Qui totum dicit omnia includit.*

8 *Exceptio in non exceptuatis firmat regulam in contrarium.*

9 *Dictio taxatiua, dumtaxat, inducit formam præciſè reſtrictam.*

10 *Occaſio delinquendi amputanda eſt.*

11 *Hares tenetur reintegrare fideicommiſſum ſiquid doloſè, vel per deſidiam egerit.*

12 *Ratio à capite reddi debet.*

13 *Inuentarium eſt caput rationum reddendarum.*

14 *Qui rationem reddere debet tenetur conficere librum, vel codicem, de his quæ peruenerunt ad manus ſuas.*

15 *Hęres prohibitus à teſtatore rationem reddere, tamen tenetur facere quamdam bonorum deſcriptionem.*

16 *Inuentarium fieri debet de iure Veneto.*

17 *Qui non facit, quod debet, non conſequitur quod opportet.*

18 *Exceptio non implementi objici poteſt.*

19 *Iudex ex officio etiam parte non opponente poteſt reicere eum, qui ex parte ſuam non impleuit.*

20 *Nemo debet ex dolo, & culpa ſua lucrum facere.*

21 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO OCTAVA.

An id, quod reintegrato fideicommiſſo ſupereſt, ſubiacere debeat dictæ reintegrationi etiam pro dimidia eorum bonorum, quæ de cætero reperientur fuiſſe infraterna tempore mortis teſtatoris.

COncluſum, & firmatum fuit ſupra q. 3. omnia bona, quæ extabant tépore mortis teſtatoris, & ad præſens non extant quia vel conſumpta, vel alienata citrà factum, & culpam teſtatoris, eſſe allibranda ad hoc, ut pro medietate ipſorum fideicommiſſum reintegrari debeat ſuper medietate Pramaor de ratione Chriſtophori à Cornu; Et in ſubſequenti qu. 5. declarauimus quænam bona ad præſens dicta de cauſa ſint allibranda.

Verùm quia ex deffectu inventarii non omnia poſſunt in lucem prodire, tùm ex temporis diuturnitate, tùm etiam ex negotii natura, & qualitate, cum euenire poſſit, quod in progreſſu temporis aliquid aliud ad notitiam perueniat, Quæritur an pro eo locum habeat reintegratio prædicta?

Et negatiuè videbatur reſpondendum, ea ratione quia in hoc caſu fortiùs urgere videbatur præ-
1 ſcriptio, ✠ quæ introducta eſt ne dominia rerum diù, vel ſemper in incerto remaneant l. 1 C. de emancip. inſtit. tit. de vſucapio. in princ.
2 & ibi Oinot. ſub. num. 10. Et † ut aliquis litium ſit finis l. fin. ff. pro ſuo, gl. inſtit. de uſucapio. in princ. in verbis, Ne rerum dominia, & ibi Oinot. ſub. d. n. 10.

Vnde ſi quandocumque conſtaret bona aliqua de ratione fraternæ fuiſſe alienata, vel conſumpta per hæredes grauatos, liceret fideicommiſſario petere reintegrationem fideicommiſſi, ſequeretur, quod poſſeſſores eius, quod ſupereſt reintegrato ad præſens fideicommiſſo, numquam efficerentur certi de eorum dominio, & nullus eſſet litium finis; Ergò ne hoc ſequatur videbatur dicendum prædictam concluſionem non poſſe extendi ad bona, quæ de cætero apparebunt fuiſſe de ratione fraternæ.

His tamen non obſtantibus concludendum eſt, quod quemadmodum portio Chriſtophori tenetur reintegrare portionem Io: Baptiſtæ, & ſic eius fideicommiſſum, de bonis fraternæ, quæ ad præſens apparent alienata, vel conſumpta citrà factum, vel culpam teſtatoris, nulla præſcriptione penitus refragante (ut probavimus, ita etiam teneri debeat pro illis, quæ de cætero apparebunt per iura, quę adduximus in d. quæſt 3. ſcilicet ratione ęqualitatis ſeruandæ inter fratres, & eorum repræſentantes, quæ quidem æqualitas non ſeruaretur ſi Chriſtophorus, & eius hæredes non imputarent in ſuam portionem bona de ratione fraternæ per eos alienata, vel conſumpta, ſed eſſet Leonina diuiſio ab omni iure

improbata, vt latè oſtendimus ſupra quæſt. prima num. 18. & infra inſp. 2. q. 1. n. 15.

Nec obſtat prędictum obiectum, ad quod vnico verbo reſpondetur, quod ſibi imputare debent ex quo inuentarium non fecerunt, vel malitiosè occultauerunt, per quod ab hac, & à quauis vlteriori moleſtia ſe liberare potuerunt.

3 Etenim † in culpa eſt qui non vtitur remedio ſibi competenti l. fin. §. illud C. de temp. appell. Bal. conſ. 395. lib. 3. Sebaſt. Medic. de caſib. fortuit. par. 1. q. 10. num. 1. Aldou. conſ. 19. n. 79. & in ſpecie Monticul. de inuent. hæred. par. 9. ſub num. 176.

4 Et eſt ſpecies † latæ culpæ non facere quod fieri ſolitum eſt l. doli mali §. ult. ff. de nouatio. Crau. conſ. 97. n. 6. Aldou. d. conſ. 19. n.
5 87. Immò dicitur † in dolo qui nō vtitur remediis opportunis, Maſcard. de probatio. lib. 1. concl. 531. n. 42. Farinac. q. 89. num. 96. Crau. conſ. 97. n. 7. & in ſpecie de eo, qui ommittit facere inuentariū eſt tex. in §. Sancimus Auth. de hæred. & Falcid. Sebaſt. monticul. loco cit. n. 176.

6 Nec † excuſatur hæres ignorantiam allegans, cum leges ſint apertiſſimæ loquentes de inuentario, l. Leges ſacratiſſimę C. de legib. Nec refert vtrum ſit vnicus, vel habeat cohæredes, vtrum ſit inſtitutus, vel ſubſtitutos, vtrum ſit maſculus, vel fœmina, locuplex, vel pauper, maior, vel minor, & cuiuſcumque alterius conditionis, vt latè Monticul. ibid. ſub n. 177.

Quamuis enim iure Communi inſpecto inter ſcribentes valde controuerſum ſit, An hæres grauatus teneatur facere inuentarium, nec ne? Iuſtior tamen, æquior, & benignior ſententia ſtat pro affirmatiua, quæ iure, ratione, & Doct. auctoritatibus comprobatur.

Primo iure probatur per tex. in l. vlt. C. de iure delib. & in §. non autem, Verſ. quia vero in Auth. de hæred. & falcid. vbi Imp. mandat fieri debere inuentarium ab omni perſona ſiuè priuata, ſiuè militari, ſiuè ſacerdotali, ſiuè Imperiali, & cuiuslibet conditionis; etenim ✠ 7
qui totum dicit omnia includit l. Iulianus in princ. ff. de lega. 3. Et l. ſi vnus §. pactus ff. de pact. l. pediculis §. Labeo ff. de auro, & argento, lega. gl. in l. à procuratore C. manda.

Idque clarius indicatur in ſummario ibi: *His obtinentibus in omni vltima voluntate, & perſonis omnibus minoribus dumtaxat exceptis*.
Exceptio ✠ namque in non exce- 8
ptuatis firmat regulam in contrarium l. quæſitum §. denique vbi Bart. ff. De fundo inſtr. Deci. in l. 1. ff. de reg. iur.

Et ✠ dictio illa taxatiua, dun- 9
taxat, inducit formam præcisè reſtrictam, adeò vt nulla alia perſona præter minores intelligatur exempta ab inuentarij confectione l. ob æs C. de pręd. minor. gl. in l. ſiquidem ff. de exceptio. Bart. in l. 1. ff. Si quis iud. non obtemp. Boer. deciſ. 284. n. 7. Aldou. conſ. 63. n. 52.

Etenim arbitrari debemus Imperatorem non otiosè dictionem illam, duntaxat, appoſuiſſe, ſed cum miſterio, vt aliquid operentur vt poſt Cephal. & Garzo. allegatos, firmat Aldou. ibid. Verſ. Et nos.

Secun-

Secundo, probatur ratione; quam ponit idem Imp. in cit. §. non autem, Verſ. quia vero, in auth. de hæred. & falcid. Quod ſcilicet eatenus inuentarium fieri debeat, *Quatenus, & viuentes relictis potiantur, & deficientes cum ſecuritate moriantur, ſcientes &c.*

Accedit, nam hæres niſi faceret inuentarium facilè incitaretur ad delinquendum, res interuertendo,
10 & ſupprimendo ✠ quæ occaſio delinquendi ſemper eſt amputanda l. conuenire ff. de pact. dotal.

Prętereà, ſi permitteretur hæredi abſque inuentario more lupino in bonis inuolui, fideicommiſſarius in reſtitutione arctaretur probare res fuiſſe in dominio teſtatoris (ut euenit in caſu noſtro) quod quàm impium ſit nemo eſt qui ignoret Bal. conſ. 84. num. 89. lib. 1. Alex. conſ. 82. lib. 2 & conſ. 139. lib. 6. †
11 Vlteriùs hæres tenetur reintegrare fideicommiſſum ſi quid doloſè, vel per deſidiam egerit, auth. contra C. ad Trebell. Quomodo autem hæc fieri poteſt niſi per inuentariũ liqueret de quantitate bonorum?

Etenim impoſſibile eſt rationem reddere niſi oſtendatur liber rationum in quo accepta, & data, introitus, & exitus ſint deſcripta.

12 Et ✠ cum rationem reddi à capite ſit neceſſe l. argentarius §. Edi
13 ff. de eden. ✠ Inuentarium eſt caput rationum reddendarum, Bal. in l. filium quem habentem n. 35. C. famil. Erciſc. Peregr. de fideicom. art. 3. poſt n. 73. verſ. Horum opinio, circa med. & art. 35. n. 25.

Tertio, quod inuentarium fieri debeat, probatur Doct. autoritatibus ita Marz. in Epith. fideicom. quęſt. 54. Crau. conſ. 295 ad finem, Ang. in conſ. 277. in 3. dubio, quẽ ſequitur Rolan. conſ. 49. ſub n. 22. lib. 1. Qui per rationes ſuprà relatas concludunt ✠ eſſe generale omnium qui tenentur rationem red- 14
dere, vt conficiant librum, vel codicem de his, quæ peruenerunt ad manus ſuas.

Et in fortioribus terminis Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 6. n. 4. concludit, quod quamuis teſtator † 15
prohibuiſſet hæredem rationẽ reddere fideicommiſſario, & ſic non teneretur conficere inuentarium, tamen deberet facere quandam bonorum deſcriptionem per Paul. allegat. in l. cum tale §. 1. ff. de cond. & demonſtr. quem ſequitur Rui. conſ. 159. n. 25. vol. 3.

Sebaſt. Monticul. de inuent. hæred. par. 5. nu. 2. circa med. ſic ait ſuper dubio an ſit faciendum inuentarium nec ne? *Sanè contremiſcit ſpiritus meus in hoc conflictu; Æquitas valdè fauet huic determinationi contrà hæredem, credoque ita paſſim, vel ſaltem in pleriſque locis ſeruari; rigor iuris in contrarium me transducit;* Et arguendo in utramque tandem nu. 7. in fi. concludit contra hæredem pro inuentario, dicens ab hac opinione in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum.

Verùm enimuerò quidquid hoc in caſu de iure communi inter ſcribentes controvertatur de iure tamen Veneto clarum eſt ✠ Inven- 16
tarium fieri debere, vt colligitur ex Stat. Venet. lib. 2. cap. 2. verſ. Et volumus; & cap. 13. in fi. nec non in correctio. Sereniſs. Gritti 1521. 28. Junii cap. 2. ubi apponitur ratio

tio finalis inuentarii, ibi: *Acciò che li heredi poßano veder la administration di quello gli sarà ſtà laßato, come è conueniente*.

Nec obſtat, quod dictæ leges loquantur de tutoribus, & aliena negotia gerentibus. Nam ex identitate rationis diſpoſitio illa ad quoſcumque caſus extenditur, ad quos porigitur ratio illa finalis explicita, *Acciò poſſano veder l' aminiſtration* &c. cum de ſimilibus ad ſimilia ex ipſomet Statuto Veneto in prologo primo in fine ſit procedendum.

Præterquàm quod etiam in materia fideicõmiſſi extant leges apertiſsimæ 1491. 29. Martii verſ. vlt. In correct Sereniſs. Barbadici fol. 180. t. Nec non 1535, 19. Martii verſ. vlt. in Decretis fol. 250.

Cum igitur hæredes grauati tùm ſuadente naturali æquitate, tùm ex receptiori iuris Communis ſententia, & Doctor. auctoritatibus, tùm etiam ex iuris Veneti diſpoſitione inuentarium de bonis fideicommiſſo ſubiectis facere debuerint, & non fecerint, vel factum malitioſè occultauerint ex quo culpa eorum fideicommiſſarius arctatur probare res, quæ tempore mortis teſtatoris erant in fraterna, mirum indè non eſt, ſi à præſcriptionis beneficio excludantur per vulgatum axioma ✠
17 Qui non facit quod debet non conſequitur quod opportet, vt inquit gl. in l. ſi non fuerit, ff. de iure iur. Bal. in Auth. Dos data per illum tex. C. de donatio. ante nupt. Rolan. conſ. 53. n. 19. lib. 1. Aldou. conſ. 19. n. 44.

18 Et generaliter proditum eſt ✠ exceptionem nõ implementi obijci poſſe l. Iulianus §. offerri, ubi Bart. ff de actio. empt. l. filiæ licet C. de collatio. Corn. conſ. 106. n. 5. lib. 1. Crau. conſ. 151. n. 10. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 50. n. 1. Etiam ſi extaret Statutum excludens omnes exceptiones Bart. in l. 1. §. parui ft. quod vi, aut clam. Rolan. d. conſ. 53. nu. 32. lib. 1. Ludou. d. Deciſ. 50. n. 3. Aldou. conſ. 110. nu. 69. Crau. d. conſ. 151. num. 10.

Et adeò fauorabilis eſt exceptio hæc: (Tu non impleuiſti ex parte tua) vt ✠ ſuper ea iudex ex officio 19
parte non opponente poſſit reicere illum, qui ex parte ſua non impleuit, ſicuti exactiſsimè tradit Roder. Suar. in commentar. ad l. poſt rem iudicatam, in verbis, ſed pro euidentia, n. 41. ff. de re iudic. Crau. d. conſ. 151. ſub n. 10. Aldou. eod. conſ. 110. n. 68.

Prætereà, ſi hoc in caſu præſcriptio procederet, maximum ſequeretur abſurdum, quod ſcilicet aduerſarij ex dolo, & culpa ſua lucrũ facerent (ſcilicet ex malitioſa omiſſione, vel ſubtractione inuentarij) ✠ quod eſt omni iure pro- 20
hibitum, vt de dolo tex. in l. ne ex dolo. l. itaque fullo ff. de furt. l. 1. §. 1. ff. de exceptio. doli, c. Sedes de reſcript. de culpa autem tradit Corn. in Conſ. 256 col. 1. lib. 3. argum. l. ſi hominem ff. mand. l. relegatorum §. poteſt alicui ff. de interdic. & relegat. & de utroque docet Crau. Conſ. 50. n. 11.

Ad hoc etiam facit, nam ✠ non 21
valenti agere non currit præſcriptio vt diximus quæſt. 3. num. 42. & 43.

Digitized by Google

DE RESTITVTIONE, ET REINTEGRATIONE FIDEICOMMISSI Inſpectio Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Duo vbi concurrunt, quorum vnum ſit propter alterum, ibi vnum tantùm iudicatur, Nec aliqua debet fieri ſeparatio.*

2 *Inſtrumentum dicitur probatio euidens, & probata, diſceptatione fori non indigens.*

3 *Hæres non poteſt reuocare alienationem factam per defunctum de re ſua, vel ſibi debita.*

4 *Hæres repellitur à petitione fideicommiſſi à defuncto diſtracti.*

5 *Conſenſus fideicommiſſarij operatur validitatem alienationis rei fideicommiſſo ſubiectæ, & n. 8.*

6 *Conſenſum qui ſemel præſtitit eum amplius reuocare non poteſt.*

7 *Conſentiens ius ſuum perdit, & alienum fortificat.*

9 *Contractum approbare dicitur qui recipit aliquid ex cauſa illius -- Declara num. 58.*

10 *Sententia habet præſumptionem pro ſe, quod ritè, & rectè lata fuerit.*

11 *Sententia facit ius inter partes.*

12 *Hæres adeundo hæreditatem videtur ſuo quaſi conſenſu approbare omnia geſta per defunctum.*

13 *Hæres ex ſuo quaſi conſenſu obligatur.*

14 *Æqualitas ſeruanda eſt inter fratres & eorum repræſentantes.*

15 *Diuiſio inæqualis dicitur diuiſio leonina.*

16 *Diuiſio inæqualis eſt reformanda, & ad æqualitatem redigenda.*

17 *Homo debet habere duplicem ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ, quia ſine ſcientia eſſet inſipidus, & ſine conſcientia diabolicus.*

18 *Teſtis debet deponere de ſcientia per aliquem ſenſum corporeum.*

19 *Paria ſunt non habere ſcientiam, & non habere iuſtitiam.*

20 *Conſcientia conuenit cum lege naturali creaturæ rationalis.*

21 *Conſcientiæ vbi deficit iudicium rationis, ſubſequitur ſalutis diſpendium.*

22 *Contrahens nomine alterius ei præiudicare non poteſt.*

23 *Conditionem alterius meliorem, non autem deteriorem facere poſſumus.*

24 *Alienatio rei alienæ eſt prohibita.*

25 *Ad alienandum rem alterius requiritur ſpeciale mandatum.*

26 Pro-

26 *Procurator generalis ſine ſpeciali mandato alienare non poteſt.*

27 *Procurator cum ſpeciali mandato ad alienandum nihil agit ſi in alienatione non ſit mentio de ipſo mandato.*

28 *Actio negotiorum geſtornm contraria datur ad repetendum id, quod in negotiroum geſtione impenſum eſt, abeſt, vel abſuturum eſt.*

29 *Contraria negotiorum geſtorum actio competit gerenti alterius negotia ſine eius præſentia, mandato, vel ratificatione.*

30 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*

31 *Actio contraria negotiorum geſtorum competit contra illum, ad quem negotium verè pertinet, licet contractus contemplatiue alterius factus ſit.*

32 *Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt.*

33 *Hæres non tenetur ex perſona defuncti ſi contra defunctum non datur actio, vel exceptio.*

34 *Cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent.*

35 *Radice excluſa, excluduntur omnia, quæ ab ea germinant.*

36 *Quod defunctum non tenet, nec eius hæredem obligat.*

37 *Hæres poteſt impugnare factum defuncti ſicut poterat ipſe defunctus, quando actus talis eſt, qui morte non confirmatur.*

38 *Contractus approbatus cenſetur per receptionem pretij, quando recipitur prahabita notitia contractus, & pro illius executione.*

39 *Ignorantia facti in dubio præſumitur.*

40 *Scientia non præſumitur niſi probetur.*

41 *Scientia vicinorum, vel coniunctorum non præſumitur in factis momentaneis.*

42 *Scientia ſimplex non ſufficit ad inducendam ratificationem, ſed debet eſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs.*

43 *Ratificatio vt arguatur ex aliquo facto requiritur, quod faciens actum ſciat illud, de cuius ratificatione agitur.*

Et allegans talem ratificationem tenetur probare ipſam ſcientiam, ibid.

44 *Scientia ubi præiudicat, debet de ea verè, & certè conſtare, non autem præſumptiuè.*

45 *Duo ſpecialia non poſſunt concurrere circa idem.*

46 *Conſenſus vt præiudicet in fideicommiſſis tria requiruntur.*

47 *Primo, quod fideicommiſſum ſit purum, & apertum tempore conſenſus.*

Secundo, vt conſentiat uti fideicommiſſarius. ibid. n. 49.

Tertio, quod conſenſus tranſeat in pactum. ibid. n. 50.

48 *Fideicommiſſarius ſi pendente fideicommiſſi conditione rem etiam ſcienter emerit ab hærede grauato, non ſibi præiudicat in iure fideicommiſſi.*

51 *Conſenſus ſolus ſine pacto, aut renunciatione non præiudicat in iure futuro, etiam quod competeret ex cauſa de præſenti.*

52 *Fauori pro ſe introducto quilibet renuntiare poteſt.*

53 *Res inter alios iudicata tertio præiudicare non poteſt.*

Tametſi ab Imperatore ſententia lata fuerit n. 54.

55 *Ius noſtrum nobis quæſitum etiam*

in

in ſpe ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt.

56 Exceptio rei iudicatæ ut obſtet, requiritur triplex identitas, ſcilicet perſonarum, cauſæ, & rerum.

57 Exceptio rei iudicatæ tunc obſtat, quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur.

58 Confeſſio vnius non egreditur confitentis perſonam in tertij præiudicium.

59 Confeſſio eius, qui non poteſt alienare in præiudicium tertij, ei pariter præiudicare non poteſt.

60 Sententia lata contra primum agentem ex fideicommiſſo ob aliquod eius particulare factum, non obſtat ſequenti fideicommiſſario, & num. 64.

62 Sententia aduerſus hæredem contumacem cauſam non defendentem non nocet fideicommiſſario.

63 Sententia lata colludente hærede grauato cum actore non nocet fideicommiſſario, qui ea non obſtante poteſt experiri contra obtinentem.

65 Quod non apparet dicitur non eſſe.

66 Referenti non creditur niſi conſtet de relato.

67 Etiam ſi referens ſit ſcriptura publica, manu uotarij conſcripta. [illegible]

Et licet relatum fuiſſet ſcriptum ab ipſomet Notario n. 68.

69 Ente ſublato fruſtrà quæritur de qualitatibus.

70 Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs.

71 Relationis natura eſt natura veritatis.

72 Tranſactio eſt remedium finiendarum litium.

73 Hæres grauatus non poteſt tranſigere ad præiudicium ſubſtitutorum.

74 Pacta, diuiſiones, tranſactiones, arbitramenta, & generaliter remiſſiones ſuper fideicommiſſo, non egrediuntur perſonas paciſcentium ad præiudicium ſubſtitutorum.

75 Tranſactio eſt ſpecies alienationis, & ideò.

Tranſigere nou poteſt, qni non poteſt alienare. ibidem.

76 Tranſactio cum uno alteri non præiudicat.

77 Conſentieus in ſui præiudicium non præiudicat filijs, vel hæredibus in iure proprio ipſorum.

78 Per ſimplicem conſenſum non abſorbetur ius futurum.

79 Conſenſus eorum, quorum in fideicommiſſo prima eſt cauſa, non præiudicat ſequentibus iure ſuo venientibus.

80 Renuncians iuri ſuo intelligitur renuntiare iuri in ſui favorem introducto, non autem in fauorem ſui hæredis.

81 Fideicommiſſum conditionale non remittitur per ſimplicem diuiſionem abſque pactis remiſſionem inferentibus.

82 Renuntiatio nihil valet niſi probetur ſcientia renuntiantis.

83 Renuntiare nemo videtur iuri, quod ignorat.

84 Diuiſio eſt ſpecies tranſactionis.

85 Clauſulæ vt operentur remiſſionem fideicommiſſi in inſtrumento diuiſionis debent eam importare aut expreſsè, aut in neceſſariam con-

Digitized by Google

ſequentiam expreſſorum:

86 *In dubio pronuntiandum eſt fideicommiſso non fuiſse renuntiatum.*

87 *Diuiſio ſimplex etiam cum clauſula de non contraueniendo non inducit renuntiationem fideicommiſſi.*

88 *Remiſſio fideicommiſſi per verba præſentis temporis inuicem facta inter diuidentes, non extenditur ad fideicommiſſum conditionale poſt eorum mortem.*

89 *Renuntiatio generalis non porigitur ad renuntiationem illius iuris, quod quis eſt habiturus in euentu alicuius diei, vel conditionis.*

90 *Diuiſiones erroneæ non præiudicant diuidentibus, ſed retractari debent ibid.*

91 *Diuiſiones erroneæ retractari debent, ſiuè ſint erroneæ per errorem facti, ſiuè per errorem iuris.*

92 *Error facti tollerabilius eſt quàm error iuris.*

Errantibus in facto facilius ſuccurritur, quàm errantibus in iure, ibid.

93 *Erroneæ diuiſiones dicuntur, quando apparet rem aliter ſe habere, quàm dictum, aut factum fuit.*

Vel aliter fieri debuiße, quàm facta fuerunt, ibid.

94 *Diuiſio diuidenti non præiudicat cum de iure ita fieri non debuit.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO PRIMA.

Poſſint ne deſcendentes Io: Baptiſtæ Luſij ex portione Franciſci extrahere terras, & domos acquiſitas a fratribus Zanettellis pro valore lib. 7878 15. Et conſequenter tantumdem ex portione Io: Baptiſtæ prædicti?

DUo paradoxa proponunt DD. Conſortes in eorum ſcriptura 1698. 28. Nouembris in primo, & tertio capitibus; Quorum vnum, cum veniat in conſequentiam alterius, congruum duximus vtrumque in hac quæſtione connectere, & vnica reſolutione dilluere.

1 Etenim ✠ Vbi duo concurrunt, quorum vnum ſit propter alterum, ibi vnum tantum iudicatur, nec ali qua debet fieri ſeparatio ad tex. in l. cum eiuſdem ff. de edilic. edicto, & in l. ſi duobus ff. delega. 2. Bal. in l. cum dotem circa fin. C. de iure dot. per tex. in l. illud §. fin. ff. ad l. Aquil. Crau. conſ. 202. num. 13.

In primo capite petunt extrahere poſſe ex portione Pramaor de ratione Franciſci ſtar. 44. quar. 1. terræ, & quandam portionem domorum, pro lib. 7878: 15. vti bona acquiſita per eorum Auctores à Creuſa Zanettella Luſia medio ſuorum fratrum Zanettellorum.

In tertio capite petunt decerni tantumdem extrahere poſſe ex portione Io. Baptiſtæ ad fauorem fæminarum ab ipſo deſcendentium ratione æqualitatis inter ipſos deſcendentes ſeruandæ.

QVÆRITVR, an ſuper præmiſſis fundata ſit ipſorum intentio?

Et prima fronte videbatur affirmatiuè reſpondendum, etenim circa primum de diſtractione facta per Creuſam, cuius eſt hæres D. Co: Petrus Franciſcus, ſatis conſtare videbatur per inſtrumentum 1636. 13. Auguſti, ✠ quod dicitur probatio 2
euidens, & probata, diſceptatione fori non indigens, Rolan. conſ. 96. num. 10. lib. 3. Ludou. deciſ. Peruſ. 26. nu. 13. Peregr. conſ. 75. in princ. lib. 1. Tiraq. de retract. lign. §. 2. gl. 1. num. 20. cum ſeq. Aldou. conſ. 70. num. 99.

Hæres ✠ autem non poteſt pro iu- 3
re ſuo reuocare alienationem factam per defunctum de re ſua, vel ſibi debita, l. Seia ff. de euictio. l. cum à matre C. de rei vendic. l. venditrici, & l. ſi fundum C. de reb. alien. non alienan. l. ex qua perſona ff. de reg. iur. Peregr. de fideicom. art. 33. num. 6. & in terminis noſtris, quod ✠ hæres 4
repellatur à petitione fideicommiſſi à defuncto diſtracti, tradunt Marzar. in Epith. fideicom. quæſt. 46. Crau. conſ. 131. ſub num. 6. Rolan. conſ. 30. num. 29. & 39. & conſ. 34. num. 72. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 33. num. 10 Nicol. Burgund. in commentar. de euictio. cap. 105. per tot. præcipuè num. 4.

Præterea, ex quo D. Co: dictæ alienationi conſenſum ſuum interpoſuit videbatur non poſſe contra ipſam amplius venire, nàmque conſen-

5 ſenſus ✠ fideicommiſſarij in alienatione rei ſibi iure fideicommiſſi debitæ operatur, vt emptorem, vel ex alio titulo acquiſitorem amplius in re ipſa moleſtare nequeat, ſiue conſenſus præceſſerit, ſiuè alienationi iàm factæ acceſſerit, vt in hoc caſu, l. ſi fundum per fideicommiſſum, l. nihil §. omnibus ff. de leg. 1. l. cum pater §. libertis ff. de lega. ſecundo, l. quoties ab omnibus C. de fideicomm.

6 Adeò, vt ✠ qui ſemel ſuum conſenſum præſtitit, illum amplius reuocare non poſſit l. per fundum ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. vltim. ff. commun. prædio; l. in diem ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. prodeſt, ff. quor. legator.

Et vniuerſim à legibus cautum, & à Doct. traditum eſt conſentientem ✠ ius ſuum perdere, & alienum for-
7 tificare l. ſi debitor §. 1 l. ſi conſenſit in
princ. l. ſicut §. ſi debitor, l. Titius, l. Lucius, & l. Paulus ff. quib. mod. pign. vel hipp. ſolu. l. quidam ex parte ff. de auictio. l. mater C. de rei vendic. l. ſi conſentiente C. de donat. ante nupt.

Et in indiuiduo, quod ✠ con-
8 ſenſus fideicommiſſarij operetur validitatem alienationis de re fideicommiſſaria docet Peregr. de fideicom. art. 40. num. 67.

Conſenſus autem D. Comitis ex eo colligitur, ex quo per mortem Cattarinæ filiæ dictæ Creuſæ, & ſuæ materteræ recepit portionem precij
9 dictæ alienationis, Etenim ✠ con-
tractum approbare dicitur qui recipit aliquid ex cauſa illius, l. quidam ff. de euictio. latè Crau. conſ. 237. num. 1. 2. conſ. 276. num. 6. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 118. & inf. Aldou. conſ. 70. num. nono.

Quod autem receperit portionem precij probatur, nam vigore dictæ alienationis fratres Luſij tenebantur annuatim ſoluere lib. 100. pro reſiduo capitali lib. 1678. 5. Quod capitale per fratres Zanettellos datum fuit Cattarinæ prædictæ ad computum dotis ſuæ, cuius quidem medietatem habuit dictus D. Co: per mortem d. Cattarinæ tamquàm eius hæres ab inteſtato.

Vlterius ad confirmationem huius primi paradoxi facere videbatur ſententia 1634. 20. Octobris, cum diuiſionibus ſubindè ſecutis inter maſculos Io: Baptiſtæ, & fæminas Franciſci Luſij, quarum vigore decernitur prædicta bona non eſſe fideicommiſſo ſubiecta, & per
conſequens rectè alienari potuerunt;
Etenim ✠ ſententia maximam habet 10
præſumptionem pro ſe, quod ritè, & rectè lata fuerit l. Herenius §. Caia ff. de euictio. cap. in præſentia de renunciatio; cap. bonæ memoriæ §. por-
rò de electio. Et propterea ✠ facit 11
ius inter partes l. cum inter ff. de iudic. l. poſt rem iudicatam ff. eodem.

Nullum autem negotium facere videbatur per d. ſententiam firmatum fuiſſe Pramaor de ratione Franciſci eſſe pro medietate fideicommiſſo ſubiectum, & ſic pro altera medietate tantùm à contrario ſenſu eſſe liberum, Bona autem alienata longè excedere dictam medietatem; Namque id quod excedit ipſam medietatem videbatur præſumendum fuiſſe datum ex cauſa tranſactionis ſecutæ ſuper appellatione à dicta ſententia interpoſita per dictas fæminas ſub die 28. eiuſdem menſis Octobris.

Quàm-

Quàmvis enim de ipſa tranſactione non appareat formaliter, tamen ea colligitur ex verbis enunciatiuis contentis in ſcriptura D. Mariæ à Cornu 1636. 4. Iulij, qua petit ſibi fructus reſponderi ibi: *Dalli 7. Maggio, che fù accommodata la cauſa del fideicommiſſo dalli heredi q. Gio: Battiſta Luſa col Curator*.

In qua tranſactione præſumendum eſt fæminas ipſas pro earum intereſſe interueniſſe, & ſic non poteſt D. Co: vti earum hæres eam ſub prętextu fideicommiſſi impugnare per iura
12 ſuperius adducta, & quia hæres ✠ adeundo hæreditatem videtur ſuo conſenſu confirmare omnia geſta per defunctum, vt dicit tex. in l. ſi ab eo C. de lib. cau. in illis verbis: *reſpectu tamen adita hæreditatis voluntatem defuncti ſuo conſenſu firmare*
13 *debuit*: & ideò ✠ Ex ſuo quaſi conſenſu obligatur l. ex maleficijs §. hæres ff. de actio. & obligatiõ. §. hæres inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc.

Quo verò ad ſecundum paradoxum poſita veritate primi, in bona conſequentia ſequitur, & ſecundum eſſe verum, quandoquidem
14 inter fratres, ✠ & eorum repræſentantes debet ſeruari æqualitas, tùm ſuadente naturali æquitate, tùm de iure Diuino Gen. cap. 13. B. tùm etiam ex iuris ciuilis diſpoſitione, auth. in ſucceſſione C. de ſuis, & legit. Oinot. inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. §. de ſucceſſione filiorum naturalium, & legitimorum per tot. & præcipuè de iure Ven. vt in ſtat. lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 24. per tot. & cap. 25. Verſ. & ſi aliquis; Et tandem de iure municipali Feltrenſi libr. tertio Rub. 66. Verſ. In quibus.

Aliàs ✠ Diuiſio inæqualis diceretur leonina, l. ſi non fuerint §. Ariſto ff. pro Socio; Sebaſt. Medic. de caſib. fortuit. q. 10. n. 14. And. Capan. de fideicom. maſc. inſpect. 1. art. 1. num. 59. 15

Et ✠ eſſet reformanda, & ad æqualitatem redigenda l. inter filios C. famil. Erciſc. l. maioribus C. commun. vtri. iudic. Menoch. conſ. 87. num. 86. Peregr. conſ. 19. ſub num. 47. lib. 4. Aldou.] conſ. 58. num. 14: 16

Ergò quotieſcumque fæminæ deſcendentes ex Franciſco ab eius portione Pramaor habuiſſent ſtar. 44. qu. 1. terræ, & portionem domorum pro lib. 7878. 15. ſequeretur concludendum tantumdem ſpectare ad fæminas deſcendentes Io Bapt. ratione æqualitatis ſeruandæ inter fratres, & eorum repræſentantes, & circa hoc non eſſet vlterius laborandum.

Contrarium tamen de iure adeò indubitanter verius eſt, vt planiſſimum ſit DD. Conſortes in hiſce eorum paradoxis ſumma iniuria agere, & experiri, ad quod probandum.

Illud primum admonendi ſumus quod ✠ homo debet habere duplicem ſalem, ſcientiæ, & conſcientiæ, 17
quia ſine ſcientia foret inſipidus, & ſine conſcientia diabolicus, ita Cur. Sen. in l. admonẽdi nu. 382. ff. de iureiur. Deci. in c. Canonum ſtatuta in 2. lectura num. 25. de conſtitutio. & poſt eos Rolan. conſ. 12. nu. 5. lib. 3.

Scientia eſt neceſſaria in homine, nec loquor de illa, quæ habetur per cauſam, de qua loquitur Philoſoph. in lib. poſterior. & in 6. Ethic. & facit l. ſcire ff. de legib.

& cap.

Digitized by Google

& cap. intelligntia de verbor. ſignif. Nec de illa quæ habetur per aliquem
18 ſenſum corporeum, quæ ✠ requiritur in teſte, vt docet Farinac. in tract. de oppoſitio. contra dicta teſtium qu. 70. cap. 3. num. 127. tex. in l. teſtium fides ff. de teſtib. cap. teſtes 3. qu. 9.

Nec minus de ſcientia eminenti, vel mediocri, vt diſtinguitur in vocabular. vtr. iur. in verbo ſcientia. Sed de ſufficienti ad diſcernendum iuſtum ab iniuſto, & licitum ab illicito, ſcilicet de iuſtitia, quæ ſcientia hominis appellatur, & ſine qua homo iumentis inſipientibus comparatur, & inter animalia bruta conumeratur teſte Ariſt. 1. Politic. vbi ſic ait: *Sicut optimum animalium eſt homo lege fruens, ita peſſimum animalium eſt homo à lege, & iuſtitia ſeparatus*, ſequitur Rolan. d. conſ. 12. num. 2. lib. 3.

Et propterea Lactant. Firmian. lib. 5. Diuinar. inſtit. ait: *Qui ſtultus eſt, quid ſit bonum, & iuſtum neſcit; ita fit, vt numquam poſſit iuſtus eſſe, qui ſtultus eſt, neque ſapiens qui fuerit iniuſtus*; Ex quibus colligitur,
19 quod ✠ non habere ſcientiam, & non habere iuſtitiam paria ſunt, & ſtultus, & iniuſtus æquiparantur.

20 Conſcientia pariter in homine eſt neceſſaria ✠ Quæ conuenit cum lege naturali creaturæ rationalis, & propterea dicitur regula rationis, vt habetur in ſumma Angeli. §. conſcientia in princ. & per conſequens
21 ✠ vbi conſcientiæ puritati deficit iudicium rationis, ſubſequitur ſalutis diſpendium cap. non ſolum de regular.

Quibus ſic præmiſſis remanet concludendum paradoxa antedicta fore penitus reiicienda, ex quo toto cœlo declinant à iuſtitia, & conſcientia.

Vt igitur à conſcientia ordiamur, quæ inter Chriſti fideles primum locum habere debet, Nemo tàm fatuus, tàm imperitus eſt, & indoctus, vt mentis oculo caligante non videat paradoxa antedicta fuiſſe ſordidè, callidè, & malitioſè concepta ad ſubuertendam eſſentiam huiuſmodi fideicommiſſi.

Quandoquidem ſi DD. Conſortes voti compotes efficerentur ex Prædio Pramaor extraherent ſtar. 88. qu. 2. terræ, & omnes ferè domos pro valore in totum lib. 15757: 10. adeò vt ſivè conſideremus quantitatem bonorum, ſiuè ipſorum valorem, nihil indè remaneret vndè fideicommiſſum extrahi poſſet, quod quàm diſſonum, quàm impium, quàm iniquum ſit nemo eſt qui ignoret.

Deus immortalis! Quando agitur de fauore Io: Baptiſtæ, & Franciſci Loſij per mortem Marci eorum patris primi hæredis ſubſtituti in diuiſionibus 1598. Pramaor eſt pro medietate fideicommiſſum.

Quando agitur de fauore Sigiſmundi, M. Antonij, & Reuerendi Marci q. Io: Baptiſtæ contra fæminas Franciſci 1634. eadem medietas petitur, & iudicatur fideicommiſſo ſubiecta.

Quando agitur de fauore Sigiſmundi, & Reuerendi Marci contra fæminas M. Antonij, ſubſiſtit fideicommiſſum prædictum.

Quando agitur de fauore filiorum Sigiſmundi per mortem Reuerendi Marci extat idem fideicommiſſum.

Quando generaliter, & toties quoties agitur de fauore maſculorum de domo

domo Luſia, fideicommiſſum qualificatum fuit ad medietatem prædii Pramaor, etiam nulla habita ratione reintegrandi fideicommiſsū. Et nunc, quo agitur de fauore maſculorum de domo à Cornu contrà fœminas eiuſdem deſcendentię Luſiæ, & ex forma eiuſdem ſubſtitutionis, verſa tabula, non ſolùm non erit locus dictæ reintegrationi, verum etiam penitus euanuerit ipſa medietas? Cur diuerſum ſi de ſimilibus ſemper idem eſt iudicium, vt diximus Inſp. 1. quæſt. 2. nu. 32? Hoc eſt contra expreſſam Iuris Diuini prohibitionem. Levit. c. 19. n. 20. Agrum tuum non feres diuerſo ſemine, Veſte, quæ ex duobus texta eſt non indueris, & per conſequens contra conſcientiam.

Quod autem huiuſmodi paradoxa ſint contra iuſtitiam, percurenda ſunt fundamenta ad ipſorum confirmationem adducta, ex quorum reſolutione patebit, quod eadem paradoxa tantùm declinant à iuſtitia, & ab æquitatis tramite deuiant, quantùm ipſa diſtat iniquitas, & iniuſtitia.

Primùm itaque paradoxum eſt fundatum in contractu 1636. 13. Auguſti celebrato inter Sigiſmundum, & M. Antonium fratres Luſios ex una, & DD. Valentinum & Angelum fratres Zanettellos aſſertos interuenientes Creuſæ eorum ſororis ex altera; Quod ſanè funda-
22 mentum perridiculum eſt ✠ Quoniam indubitatum eſt dictos Zanettellos celebrando contractum ipſum nomine Creuſæ, ei nihil præiudicii afferre potuiſſe l. vlt. ff. de pact. l. ſi defenſor in princ. ff. de interrog. actio. l. non debet ff. de reg. iur. c. non debet eod. tit. in
6. ✠ Tertii enim abſentis condi- 23
tionem meliorem non autem deteriorem facere poſſumus l. ſoluendo
ff. de neg. geſt., & ✠ appertiſsimè 24
interdicta eſt alienatio rei alienæ tot. tit. C. de reb. alien. non alienan.

Vlteriùs ✠ ad alienandum rem 25
alterius requiritur ſpeciale mandatum l. procuratorem, & ibi ſcribentes C. de procurat. Bertazzol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 5. gloſ. 2.
n. 4. Vnde † Procurator generalis à 26
(quod fortiùs eſt) alienando nihil agit nec dominium transfert l. procurator tutorum ff. de procurat. Bertazzol. ibid. ſub nu. 6. Aldou. conſ. 50. ſub num. 29

Quinimmò, & à fortiori, ſi etiam dicti fratres habuiſſent ſpeciale mandatum (cum tamen nec ſpeciale, nec generale habuerint) ad-
huc tamen nihil releuaret, ✠ quia 27
de ipſo nulla mentio fit in contractu, ſicque ex eo non contraxiſſe dicerentur, prout in caſu ſimili firmat Aldou. in d. conſ. 50. poſt. nu. 28. verſ. & nihil pertinet.

Peruerſiſsimè autem agunt DD. Conſortes ſi velint intentare contrariam negotiorum geſtorum actionem, dequa Iuris conſ. in l. 2. in fi. ff. de nego. geſt. § igitur inſt. de obligat. quæ ex quaſi contr. naſc.

Primò, † quia actio prædicta 28
datur ad repetendum id, quod in negotiorum geſtione impenſum eſt, vel eo nomine abeſt, vel abſuturum eſt, per iura ſuperius allegata, & docet Oinot. inſtit. tit. de actio. §. actionum 28. de actione negot. geſt. num. 14. & num. 19. non autem ad inſiſtendum præcisè in re,

in re, ſuper qua negotium geſtum &c.

29 Secundò, † quia actio illa competit gerenti alterius negotia ſine eius præſentia, vel mandato à principio, aut ratificatione ex poſt facto, vt explicat Oinot. ibid. n. 15. & in tit. de obligatio. quæ ex quaſi contr. naſc. §. igitur n. 28. non autem ei, cum quo negotium ipſum geſtum eſt.

Quàmuis enim Oinot. in cit. §. igitur ſub nu. 2. concedat hanc actionem etiam contra ratum habentem, Verius tamen eſt eum teneri potiùs actione mandati, eo

30 quia † ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur c. ratihabitionem 10. de reg. iur. in 6. & tradit Oinot. ibid.

Tertiò, (ponendo gladium ad

31 radicem) quia † hæc actio competit cōtra illum, ad quem negotium verè pertinet, licet contemplatione alterius geſtum ſit tex. expreſſus in l. quæ vtiliter §. fin. de nego. geſt. & hoc vnicum fundamentum omnes vanas aduerſariorum opinationes proſternit.

In noſtro autem caſu, quàmuis contractus 1636. 13. Auguſti. primo aſpectu videatur factus contemplatione Creuſæ, in eo tamen fratres Zanettelli egerunt negotium proprium, quia alienatione illa mediante francauerunt eorum prędium, *Alla Caſazza*, & ſe liberauerunt ab annua reſponſione ducatorum ſexaginta pro capitali ducatorum millium, vt patet ex ipſa ſcriptura, necnon ex præcedentibus inſtrumentis francationis ſub diebus 9. & 11. dicti menſis.

Rurſus in dicta ſcriptura conuentum extitit quod ſi bona ipſa excederent valorem dictorum ducatorum 1000. pro eo quod excederent ſolui deberent affictus dictis Zanettellis, non Creuſæ, vſque ad francationem capitalis dictis Zanettellis faciendam, non autem Creuſæ, Ergò à primo vſque ad vltimum, negotium geſtum verè pertinet ad fratres Zanettellos, & per conſequens ipſi, & multò magis D D. Conſortes ab hac actione excluduntur per iura vt ſupra allegata, & per tex. apertiſsimum in l. ſi pupilli §. ſed ſiquis ita ff. de nego. geſt. cuius verba ſunt hæc: *Sed ſiquis ita ſimpliciter verſatus eſt, vt ſuum negotium in ſuis bonis, quaſi meum geſſerit, nulla ex vtroque latere naſcitur actio, quia nec fides bona hoc patitur*.

Et tantum abeſt, quod contraria hęc negotiorum geſtorum actio eis competat, quod immò D D. Zanettelli directa negotiorum geſtorum actione tenentur, vt expreſsè deciditur in d. l. ſi pupilli §. ſed ſiquis negotia, ibi; *Sed ſiquis negotia mea geſſerit non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa, Labeo ſcribit ſuum eum potiùs quàm meum negotium geſſiſse: Qui enim deprædandi cauſa accedit* (mirificè quadrat ad caſum noſtrum) *ſuo lucro non meo commodo ſtudet; Sed nihilominus, immò magis & is tenebitur negotiorum geſtorum actione*.

Ex quo colligitur in dolo verſari Dominos Conſortes, ſicut verſarentur Zanettelli petendo retentionem bonorum in prędicta ſcriptura 13. Auguſti 1636. contentorum, ex regula iuris † dolo facit qui 32
petit quod reſtituturus eſt, vt ait

Vlpian.

Vlpian. in l. in condemnatione 134. ff. de reg. iur.

Hinc eſt, quod D D. Conſortes colludendo cum Zanettellis, contra eos non dirigunt actiones ex contractu ſibi competentes, cõtra quos facili negotio obtinerent, ſed contra Dominum Co: quamuis nulliter, & inutiliter experiuntur. Ex qua impropria agendi, & procedendi forma, Iudex, & cognitor huius cauſæ tùm legali ſcientia imbutus, tùm Chriſtiana diſciplina maximè inſtructus, non poterit non maximè ſtomachari.

Quibus ſic ſtantibus virtualiter tolluntur cõtraria; Attamẽ particulariter reſpondendo, ad primũ dico, quod hic non agitur de reuocanda alienatione Creuſæ, quoniam vt diximus, Contractus 1636. 13. Auguſti non poteſt dici factus à Creuſa, neque cum eius præſentia, & tacito, vel expræſſo conſenſu, neque cum eius mandato à principio, vel ratificatione ex poſt facto, neque ratione rei vtiliter geſtæ, ex quibus patet, quod Creuſa ipſa ſi viueret poſſet contractum ipſum impugnare Ergò multò fortius eius hæres ex ſequentibus.

33 Primo, ✠ Quoties aduerſus defunctum neque actio datur, neque exceptio, hæres eo nomine nõ tenetur, quia ex perſona defuncti nihil deuolutum eſt, quod eum adſtringat ad approbationem gl. Bart. Caſtr. & alij ad l. Lucius ff. ſolu. matrim. Corn. conſ. 92. in fin. Crau. conſ. 200. n. 7. Nicol. Burgund. in Commentar. de Euict. c. 101. n. 2. Afflict. Deciſ. Neap. 240. col. 7. verſ. Item quia filius, & n. 8.

Sed ex dictis Domini Luſij non poſſent contra Creuſam agere in caſu euictionis horum bonorum, nec contrà eam dicta bona vindicantem excipere; Ergò nec contrà D. Co: eius hæredem, & ſic ipſo poteſt dictam venditionem impugnare, & bona ipſa vindicare.

Secundò; ✠ cum principalis 34
cauſa non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur locum habent l. nihil dolo in fin. ff. de reg. iur. l. non dubium C. de legib. & ſæpiſſimè dicunt Doct. Quod ✠ Radice ex- 35
cluſa excluduntur omnia, quæ ab ea germinant c. primo, §. hoc autem notandum, qui feu. dar. poſſ. Bart. in l. liberorum nu. 14. ff. de verb. ſignifi. Bal. in l. quod verò ff. de legib. & in l. maximum vitium num. 2. verſ. Prætereà iſta neptis ff. deliber. præter. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 12. n. 35. Ergò ſi contractus non tenet contra Creuſam, nec contra hære- 36
dem eius tenere poteſt, Quia ✠ quod defunctum non tenet, nec eius hæredem obligat, Burgund. in
d. cap. 101. ſub n. 2. in fi. 37

Tertiò, ✠ Hæres ita poteſt dicere actum nullum, ſicut poterat defunctus, quando actus talis eſt qui morte non confirmetur per tex. in l. ſed interim § ſi vxor ff. de donatio. inter vir. & vxor. & clarius in l. fin. Cod. ſi maior factus venditio. rei ſuæ &c. Bart. in l. 2. verſ. Opponitur quod hæres C. de inoffic. donatio. Crau. d. conſ. 200. ſub n. 7.

Sed Creuſa potuit contra hunc contractum ſuo nomine factum excipere de nullitate, apertiſſimis

iuribus prædictis, Nec eius morte contractus ipſe quantum ad ſui præiudicium fuit confirmatus; ergò & eius hæres poterit eadem exceptione ſe tueri.

Non obſtat pariter ſecundum obiectum, quod contractus cenſeatur approbatus per D. Co: ex quo recepit medietatem capitalis libr. 1678: 5. quod erat portio pretij eiuſdem contractus, nàm

Reſpondetur quod per iura, & Doct. allegatos, ac per omnes Doct.
38 communiter, ✠ tunc demùm induitur approbatio contractus per receptionem ſolutionis, ſeù pretii, quando recipitur ex certa ſcientia, ſcilicet præhabita notitia contractus, & ex cauſa, & virtute, ac pro executione ipſius.

In noſtro autem caſu Exc. D. Comes non recepit portionem dicti capitalis virtute, & ex cauſa contractus 1636. 13. Auguſti, cuius nullam habuit notitiam, neque uti bona contrahentium, ſed ex cauſa ſucceſſionis ab inteſtato ſibi adiudicatæ in bonis Cattarinæ Luſiæ eius materteræ, & uti bona de ratione eius dotis, vt patet ex petitionibus dicti D. Co: 1691. 16. Maij, & 1. Iunii, & ex ſententia ſubindè emanata 1694. 30. Iunii. Ergò nulla poteſt argui ratificatio.

Quod autem D. Comes non habuerit notitiam dicti contractus probatur per regulam generalem, vt dicunt omnes in l. Qui Romæ § duo fratres ff. de verb. oblig. quod
39 ✠ in dubio præſumitur ignorantia facti, l. verius ff. de probatio. l. fin. ff. pro ſocio, c. præſumitur
40 de reg. iur. in 6. ✠ Scientia enim non præſumitur niſi probetur vt probatur per gl. in l. ſiquis extraneus, & in l. repudiando ff. de acquir. hæred. & ad hoc videtur tex. in l. cum quidam §. quod dicitur ff. eod. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 19. n. 23. qui n. 24. concludit ex communi Doct. opinione,
quod ✠ in factis momentaneis (vt 41
ſunt contractus, teſtamenta, & huiuſmodi) vicini, vel coniuncti ſcientia non præſumitur, quod maximè ponderandum eſt.

Et quod fortius vrget, conſiderandum eſt, quod tempore mortis dictæ Cattarinę Luſiæ capitale prędictum non erat amplius in eſſe, quia Bartholomæus Canonicus ipſum francauit ſubrogando in eius locum tot alia capitalia, vt patet ex inſtrumento 1665. 3. Decembris. Et ſic D. Comes non habuit portionem dicti capitalis, ſed aliorum eius loco ſubrogatorum, ex quo magis excluditur ſciẽtia, cum de omnibus iſtis circumſtantiis debuerit habere notitiam; Quoniam
✠ vbi in aliquo actu requiritur 42
ſcientia ad inducendam ratificationem nõ ſufficit ſcientia ſimplex ſed debet eſſe cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantiis, adeò vt perfectè res intelligatur, vt poſt multos à ſe congeſtos docet Cacheran. Deciſ. Pedem. 174. nu. 4. Crau. conſ. 197. n. 14. vbi ait, quod ad hoc vt ratificatio arguatur ex aliquo facto † requiritur quod faciens ſciat illud de cuius ratifica-
tione agitur, & allegans talem ra 43
tificationem tenetur probare ipſam ſcientiam.

Nec ſufficit ſcientia præſumpta, ſed

ſed debet eſſe vera ſcientia quoniam regulariter ✠ Vbi ſcientia præjudicat, debet de ea verè, & certè conſtare, non autem præſumptiuè ut docet Cacheran. dec. Pedem. 174. ſub num. 4. poſt Rui. cit. in c nſ. 49. nu. 12. vol. 1. conſ. 66. num. 18. vol. 3. & ratio eſt ſecundum dictum Cacheran. ibi, quia tali modo concurrerent duæ præſumptiones; Prima ſcientia præſumpta; ſecunda præſumptus
44

45 conſenſus, quæ ✠ duo ſpecialia non admittuntur per regulam l. primę Cod. de dot. promiſs.

Et in fortioribus terminis dato, ſed non conceſso (cum falſum ſit) quod ex prætii participatione induceretur conſenſus D. Comitis participantis, ille tamen ſimplex conſenſus tacitus ſibi in jure fideicommiſſi nullatenus prejudicaſſet;
46 Quandoquidem ✠ ad hoc ut conſentiens ſibi præjudicet in jure fideicommiſſi tria principaliter re-
47 quiruntur ✠ Primo quod fideicommiſſum ſit purum, & apertum tempore conſenſus, quia ſi pendens, & conditionale, fideicommiſſum non videtur remiſſum, ſiue conſentiens ſciuerit, ſiuè ignorauerit fideicommiſſum, vt eleganter diſtinguit Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 67. uſque ad num. 83. incluſiuè vbi cum Bart. allegato concludit, quod ſi fidei-
48 commiſſarius ✠ pendente fideicommiſſi conditione, rem ipſam etiam ſciens ab hęrede grauato emerit (quod quidem maximum eſt) non per hoc perimitur cauſa fideicommiſſi, ſed adueniente conditione emptor rem ſibi ipſi euiciſse videtur, eamque ex cauſa fideicommiſſi habere incipit, & pretium expoſitum repetere poteſt, (quod maximè ponderandum eſt & idem replicat art. 39. num. 7. per tex. & iura vtrobique allegata, vbi dicit ita ex facto in re ſubiecta fideicommiſso vniuerſali conditionali obtinuiſſe ex iudicio Clariſsimi equitis, & Eminentiſsimi Iuriſconſ. D. Petri Franciſci Braida.

Secundò, ✠ requiritur, ut conſentiat vti fideicommiſsarius, alioquin per ſimplicem conſenſum præſtitum in alienatione rei ſubiectæ fideicommiſso conditionali, non perimitur cauſa fideicommiſſi, ſed eueniente conditione res peti poteſt. Quam theoricam ponderauit Bal. in conſ. 202. lib. 2. per not. in l ſi à ſubſtituto ff. de legat. 1. & per Bart. in l. ſi fundum per fideicommiſsum ff. eodem tit. & ſequitur Peregr. d. art. 40. ſub n. 86. Vbi adducit rationem Bal. quia ſcilicet ſi conſenſus præiudicaret perſumeretur donatio, quę in rebus magni præiudicii non præſumitur ad l. quę dotis ff. ſolu. matr. 49

Tertiò, ✠ requiritur quod conſenſus tranſiuerit in pactum, aliter non præiudicat in venditione rei ſubiectæ fideicommiſso conditionali, ut diſtinguit Paul. Caſtr. in l. cum pater §. libertis col. 2. ff. de legat. 2. per text. cum materia in l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione ff. de legat. 2. Et in pactum tranſiiſse intelligit, ubi à præſente præſenti conſenſus præſtitus eſt. 50

Etenim indubitati iuris eſt, quod ✠ per ſolum conſenſum ſine pacto, aut renuntiatione nemo ſibi præiudicat in iure futuro, 51

N 2 etiam

etiam quod ſibi competeret ex cauſa de præſenti per text. in l. 1. §. quod ait, verſ. quod ait, & ibi Bart ff. quor. legator. d. §. ſi ſub conditione ubi Bart. & l. 1. in prima oppoſ. C. de pact. c. conſtitutus de integr. reſtit. & ſequuntur communiter doct. Peregr. d. art. 40. poſt numer. 87. verſ. His accedit.

Cæterum in caſu noſtro D. Comes participauit de pretio venditionis 1636. lato modo ſumpto pendente adhuc fideicommiſſi conditione, ſcilicet anno 1691. & ſic ſex annis antequam aperiretur fideicommiſſum ad eius fauorem; Non uti fideicommiſſarius, ſed uti hæres ab inteſtato Cattarinæ Luſiæ; Nullumque ſuperindè interceſſit pactum, nullus contractus, nullaque ſtipulatio cum DD. Conſortibus, aut eorum auctoribus; Ergò nec contractus approbatus, nec fideicommiſſo renunciatum cenſetur.

Non obſtat denique tertio id, quod dicitur de ſententia, tranſactione, & diuiſionibus ſecutis inter maſculos Io: Baptiſtæ, & fœminas Franciſci Luſii, etenim ea omnia hoc unico dilemate pleniſſimè reſolvuntur.

Vel ſententia, tranſactio, & diuiſiones prædictæ opponuntur uti concernentes fauorem fœminarum, vel vti concernentes fauorem maſculorum.

Si uti concernentes fauorem fęminarum, non obſtant, quia D. Comes earum heres eiſdem expreſsè renuntiauit in ſcriptura 13. Nouembris 1698. in ſecundo capite, ubi petit reſtitutionem fideicommiſſi ſuper medietate prędii Pramaor, & reintegrationem ſuper alia medietate, ſubiungens: *Non reſtando di dirgli ad tollendas cauillationes, che per le ragioni à me competenti nell' heredità di Chriſt. dal Corno, che chiare dal proceſso riſultano, non mi oppongo alle coſe ſudette, ne pretendo alcun beneficio da qualunque atto, che faceſſe effetto contrario, dal quale ex de nouo deductis in proceſſu, mi rimouo eſpreſſamente.*

De cuius renuntiationis validitate non eſt ambigendum, cum ad manus traditum ſit, quod † fauori pro ſe introducto quilibet renuntiare poteſt l. ſi unus §. pactus ff. de pact. l. quæritur §. ſi venditor ff. de edil. edict. l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſc. & Cler. l. pen. C. de pact. c. quàm periculoſum 7. q. 1. 52

Si verò opponuntur uti concernentes fauorem maſculorum Ioa. Baptiſtæ, & ſic hæredum grauatorum, nihil pariter officiunt, quoniam generaliter proditum eſt † quod res inter alios acta, tertio præiudicare non poteſt l. ſæpe ff. de re iud. tot. tit. C. res int. al. actas aliis non præiud. † Tametſi ab Imperatore ſententia dicta eſset Dec. conſ. 198. ſub nu. 4. Peregr. conſ. 5. nu. 32. lib. 2. conſ. 11. num. 46. lib. 3. & poſt eos Aldou. conſ. 100. num. 78. 53 54

Et ius † noſtrum nobis quæſitum etiam in ſpe, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt, l. id quod noſtrum ff. de reg. iur. l. fin. ff. de pact. Peregr. de fideicom. artic. 52. ſub numer. 16. & ſub numer. 81. 55

His

Digitized by Google

His iactis pro ſolidiſſimo fundamento, quod generaliter ſufficit ad proſternendum pręmiſſum obiectum, deſcendo ex abundanti ad particularem reſolutionem, & ſic tria videbimus primò de ſententia, ſecundò de tranſactione; tertiò de diuiſionibus.

Primum obiectum ſententiæ non
55 obſtat, quoniam ✠ ad hoc ut obſtet exceptio rei iudicatæ requiritur triplex identitas, ſcilicet perſonarum, cauſæ, & rerum, quarum altera ſi deficiat non obſtat hæc exceptio, ut expræſsè decid.
56 in l. cum quęritur, & † duabus ll. ſequent. ff. de except. rei iudic. & docet Peregrin. de fideicommiſſ. art.53. ſub numer.40. in fi. ex quo
57 infertur, quod tunc demùm ✠ exceptio rei iudicatæ obſtat, quoties eadem quęſtio inter eaſdem perſonas reuocatur, ut reſpondit I. C. in l. 3. & in l. ſi quis §. & generaliter ff. eod. tit.

Sed in noſtro caſu agitur inter diuerſas perſonas, & de diuerſa quæſtione, quia in ſententia 1634. 20.Octobr. petitum fuit fideicommiſſum ſuper medietate Pramaor, in noſtro autem caſu petitur reintegratio eiuſdem fideicommiſſi ſuper alia medietate, nec non petitur medietas eius quod ſupereſt reintegrato fideicommiſſo.

Vlteriùs exceptio rei iudicatæ eatenus rectè procederet quatenus id quod ad pręſens prætenditur, fuiſſet tunc temporis in iudicium deductum, & actores ſuccubuiſſent, & iudicatum fuiſſet fideicommiſſum non protendi ultra medietatem, & non eſſe locum reintegrationi fideicommiſſi; In iſtis enim terminis procedunt, & loquuntur text. citati, ut declaratur in gl. ibid. & ita habetur tot. tit. de except. rei iudic.

Cæterum in iudicio agitato 1634 per priores fideicommiſſarios, petita fuit ex fideicommiſſo ſola medietas Pramaor, & obtentum fuit; Ergò non poteſt opponi hæc exceptio, ex diuerſitate quæſtionis, & perſonarum, & circa has conſiderationes plurimum ponderis præſeferentes, mens, & prudentia iudicis maximè verſari debet.

Accedit, nam ex quo priores fideicommiſſarii tunc temporis petierunt ex fideicommiſſo medietatem tantùm Pramaor, contrariorum virtute confeſſi ſunt reliquum non eſſe fideicommiſſo ſubiectum, quorum confeſſio, ✠ 58
ex qua emanauit ſententia, non egreditur confitentis perſonam in tertii per iudicium argum. text. in l. qui teſtamentum ff. de probat. Peregr. de fideicom. art. 53. num.61. Vbi dicit hoc ideò procedere, ne ex confeſſione grauati inſurgat alienatio proprietatis, deteriorque fiat fideicommiſſi ordinatio per Bal. cit. in c. fin. num.
7. de confeſſ. & ✠ confeſſio eius, 59
qui alienare non poteſt in præiudicium tertii, illi pariter nocere non poteſt per Tiraquell. & alios ibid. cit. per Peregr.

Rurſus, Peregr. ibid. num.60. tradit theoricam, quod ſententia
✠ lata aduerſus primum agentem 60
ex cauſa fideicommiſſi ob aliquod eius particulare factum, puta renunciæ, conſenſus, præſcriptionis, & huiuſmodi (ut in

caſu

caſu noſtro ex quo petierunt tantùm medietatem) non obſtat ſequenti fideicommiſſario ; Nam res cum illo iudicata ſua propria nititur cauſa , & ratione , & ideò ad limites ſuos reſtringitur per doct. citatos , & per iura inferius ſubiicienda .

61 Primò , quia † hæres exiſtimatur contumax ubi cauſam omninò non defendit , notat Peregr. d. art. 53. ſub n.57. circa fi. per Bart. al legat. in l. ſi ſuperatus ff. de pign.

62 & † ſententia aduerſus hæredem contumacem cauſam non defendentem non nocet fideicommiſſario , l. qui repudiantis §. fin. ff. de inoff. teſtam. l.ſi ſervus plurium §. 1. ff. de legat. 1. l. ſi perluſorio §. quoties ff. de appellat. l. ſi ideò ff. de Euict. l. Præſes C. de tranſact. Peregr. ib. n.57.

63 Secundò , quia † ſententia lata colludente hærede grauato cum actore , non nocet fideicommiſſario , quia ea non obſtante poteſt experiri contra obtinentem d. l. ſi ſervus plurium §. 1. & ibi Bartol. Alex. & Iaſ. l.cum qui §. in popularibus , ff. de iureiur. l. 3. ff. de popular. actio. & tot. tit. ff.de colluſ. deteg. Peregr. ibid. n.58.

64 Tertiò , quia † ubi hæres per culpam ſuam , (puta quia iuſtas defenſiones proponere ommiſit , nam culpa eſt d.l. ſi ſervus §.ſi quis ante) fuiſſet condemnatus præſtare actori rem , aut quantitatem aliquam , ſubſtitututus ad executionem conuentus excipere poteſt de culpa hæredis, & ſe tueri,uti deciditur per tex. in l. ex contractu in fi. ff. de re iudic. Peregr. in ſępe d. art.53. num. 59. in fi. qui num.63. ſubdit , *Et ex his infero quoque ſuſtineri poße ſententiam latam aduerſus hæredem grauatum quia non probauerit , vel etiam aduerſus primum fideicommiſſarium , non nocere ſequentibus ſubſtitutis .*

Quod autem culpa, negligentia , ſeù potius colluſio in primis fideicommiſſariis arguatur , id apertè colligi poteſt inter cætera , ex quo tunc temporis pro comprobatione fideicommiſſi produxerunt inſtrumentum 1554. 4. Aprilis , mutilatum , & ommiſſis omnibus ſubſtantialibus . Si enim illud integrum produxiſſent (prout factum fuit à D. Comite) ex eo percepiſſent , quod fraterna à Cornu tempore mortis teſtatoris , ultra prædium Pramaor habebat alia quinquaginta quatuor corpora bonorum in terris arratiuis , pratis , & domibus per Territorium Feltri diſperſis , & per conſequens pro medietate ipſorum fideicommiſſum reintegrari petiiſſent .

Nec quis dicat , quod non habebant penes ſe dictum inſt. integrum , quia ex verbis illis Notarii : *Præſens exemplum extraxi ex quodam inſtrumento in publicam formam redacto in carta pergamena* , malitia , fraus , & colluſio ipſorum grauatorum cum reis conuentis detegitur, ex quibus arguitur à fortiori , idem dicendum fore , & ſi ſententia lata fuiſſet ſuper his omnibus quæ ad præſens controvertuntur .

Tranſeamus modo ad ſecundum membrum tertii, & ultimi obiecti nempè ad tranſactionem , circa quam dico primo , nullibi apparere de

re de

Digitized by Google

re de tranſactione relata in ſcri-
65 ptura 1636. 4. Iulii, & † quod non apparet dicitur non eſſe l. in lege ff. de contrah. empt. c. ſolemnitates de conſecr. diſt. 1. abundè Vanti. de nullit. tit. à quo, & quibus mod. poſſ. & deb. nullit. prob. n. 12.
66 & ſeq. Prout etiam † non creditur referenti niſi conſtet de relato l. in teſtamento ff. de cond. & dem. l. aſſe toto ff. de hered. inſtit. Auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Aldou. conſ. 66. n. 7. & melius conſ. 51. n.
67 12. † qui loquitur in fortioribus terminis in ſcriptura publica referente, manu Notarii conſcripta, & n. 13. ampliat licet Notarius diceret, ut continetur in inſtrumento
68 per me viſo, & lecto † & licet quoque inſtrumentum relatum fuiſſet ſcriptum ab ipſomet Notario.

Et ex hoc cadit obiectum quod Creuſa, & eius filiæ præſumantur interueniſse in d. tranſactione quia
69 † Ente ſublato fruſtrà quæritur de qualitatibus l. eius qui in prouincia ff. ſi cert. pet. Aldou. conſ. 47. n. 13. poſt Coſtam cit. in conſ. 53. ſub n. 10.

Quinimò, ſtando etiam in verbis dictæ ſcripturæ referentis ibi *Fù accomodata la cauſa del fideicommiſſo delli heredi qu. Gio: Battiſta Luſa col Curator*, apertè liquet in dict. tranſactione ipſas fœminas
70 non contineri, quoniam † relatum dicitur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus & circumſtantiis l. in teſtamento ff. de cond. & demon. l. à filio §. ſi teſtator ff. de alim. & cibar. lega. Pereg. conſ. 34. n. 12. lib. 3. conſ. 8. ſub n. 1. lib. 5. & poſt eum, & alios Aldou. conſ. 5. numer. 4. conſ. 63. numer. 53. conſ. 110. numer. 11. & num. 12. ex ſententia aliorum ſubdit, quod † 71
Natura relationis eſt natura veritatis.

Præterea dato, ſed non conceſſo, quod conſtaret de interuentu Creuſæ, & ſuarum filiarum in ipſa tranſactione, (quod fortius eſt) nemini liceret eius executionem petere niſi illis, quorum intereſt, & ſic Dom. Co: eius hæredi; Ipſe autem per generalem renuntiationem antedictam, eidem quoque tranſactioni renuntiauit.

Etenim non eſt præſumendum tranſactionem ipſam fuiſſe factam in fauorem maſculornm Luſia, ad quorum fauorem lata fuit ſententia 1634. 20. Octobris, ſed in gratiam, & fauorem dictarum fœminarum; quæ ab ea appellarunt ſub die 28. eiuſdem menſis.

Tranſactio enim † eſt remedium 72
finiendarum litium l. fratris Cod. de tranſactio; pulcherimus text. in leg. poſtquam liti Codic. de pact.

Si verò conſideretur illa tranſactio (de qua tamen nullibi liquet) prout facta ab hæredibus grauatis, adhuc nihil releuat, quia hoc in iure conſtantiſſimum
eſt † quod hæres grauatus non 73
poteſt tranſigere ad præiudicium ſubſtitutorum, ut iuribus rationibus, & doct. auctoritatibus conſtanter firmat Peregrin. de fideicommiſs. artic. 40. numer. 123. & artic. 52. numer. 81. Quibus in
locis concludit, quod † pacta, re- 74
pudiationes, diuiſiones, tranſactiones, arbitramenta, & generaliter remiſſiones per actus voluntarios factæ ſuper fideicommiſſis non egre-

Digitized by Google

egrediuntur perſonas paciſcentium ad præiudicium ſubſtitutorum, &
75 quod ✠ tranſactio eſt ſpecies alienationis, & ideò grauatus, qui prohibetur res fideicommeſsarias alie nare, nec de ipſis tranſigere poteſt.
76 Et eſt regulare, quod ✠ tranſactio cum uno alteri non præiudicat, l. inter C. res inter alios actas.

Et in fortioribus terminis idem Peregr. in d. art. 52. nu. 90. & quatuor ſequent. ampliat id etiam procedere ubi ſubſtituti vlterioris gradus ſunt hæredes tranſigentis,
77 ea ratione quia ✠ conſentiens in ſui præiudicium non præiudicat filiis, vel hæredibus in iure pro-
78 prio ipſorum, quia ✠ per ſimplicem conſenſum non abſorbetur ius futurum l. 1. §. quod ait ubi Bart. ff. quor. legat.
79 Et conſenſus ✠ eorum quorum in fideicommiſſo prima eſt cauſa, præſtitus in alienatione rei fideicommiſſariæ, non præiudicat ſequentibus iure ſuo venientibus adeò vt pro iure ſuo aduerſari nequeant Rolan. conſ. 70. n. 35. lib. 3.

Et idem eſt in renuntiante iuri
80 ſuo, ✠ qui intelligitur renuntiare iuri in eius fauorem introducto, non autem in fauorem ſui hæredis, vt dicit gl. in verbo, renuntiant, in l. iubemus §. ſcientes C. de ſacroſ. Eccleſ.

Quo verò ad diuiſiones, quod eſt tertium membrum obiecti prædicti, hæ pariter non officiunt, quoniam nullæ hoc in caſu dici poſſunt interueniſſe diuiſiones, quoniam ibi propriè dicuntur fieri diuiſiones, vbi duo vel plures poſſident rem communem pro indiuiſo, maſculi autem Ioannis Baptiſtæ, & feminæ Franciſci non poſſidebant pro indiuiſo, vnde non diuiſio, ſed ſeparatio fidei commiſſi à bonis liberis facta fuit.

Præterea extat theorica, quod † 81
per ſimplicem diuiſionem abſque pactis remiſsionem inferentibus non remittitur fideicommiſſum conditionale, quam ex communi firmat poſt Deci. & Corn. allegat. Matthæ. I. C. in commun. opin. in verbo, Diuiſio, n. 1. Peregr. d. art. 52. n. 18. per tex. allegat. in l. cum pater §. hæreditatem ff. delega. 2. & per tres ſolidiſsimas rationes adductas.

Rurſus, clauſulæ ✠ ſeu pacta 82
non operarentur remiſsionem niſi probaretur ſcientia in renuntiantibus per caſum in l. cum aquiliana ff. de tranſactio. & in l. 1. §. 1. ff. quemad. teſtam. aper.

Quia † Iuri, quod quis ignorat 83
ſibi competere, non videtur renunciaſse l. qui cum tutoribus, l. non eſt ferendus ff. de tranſactio. l. mater decedens ff. de inoff. teſtam. Peregr. d. art. 52. nu. 20. Vbi ex ſententia omnium indiferenter dicit hoc procedere tàm in diuiſione, quàm in tranſactione, quia diuiſio
✠ eſt ſpecies quædam tranſactio- 84
nis per iura, & Doct. alleg.

Vlteriùs clauſulæ † adiectæ in 85
inſtrumento diuiſionis vt operentur remiſsionem fideicommiſsi, debent eam importare aut expreſsè, aut in neceſſariam conſequentiam expreſſorum, l. poſt diem ff. de lege
commiſſor. & ideò † iu dubio pro- 86
nuntiandum eſt fideicommiſſo non fuiſſe renuntiatum, vt ex Doct. cit. ſubdit idem Peregr. d. art. 52. n. 24.

Et propterea † ſimplex diuiſio 87
etiam

Digitized by Google

etiam cum clauſula de non contrauueniendo non inducit renuntiationem fideicommiſsi, niſi aliud conſtet de mente diuidentium, vt communem opinionem aſſerunt Eman. Soar. in theſauro recept. ſentent. litt. D. n.95. Villalob. in commun. opin. verſ. Diuiſio, n. 86. Peregr. d. art. 52. n. 26. Vbi ampliat id procedere etiam ſi diuidentes ſcientes fideicommiſſum, promiſiſsent diuiſiones habere firmas, & ratas, & nihil aduerſus eas facturos, ex quinque concludentiſsimis rationibus adductis.

88 Quinimmò † ſi diuidentes remiſerint ad inuicem fideicommiſſum eis debitum per verba præſentis temporis (quod fortius eſt) eiuſmodi remiſsio non extenditur ad fideicommiſſum conditionale poſt eorum mortem per tex. in l. ſi ita ſcripſiſſet ff. de lega. 2. in l. ſi ſtipulatus fuerim, & in l. ſi à Collono ff. de verb. obligatio. & ſequitur Peregr. ibi n. 28. & 31.

89 Ex quo infertur quod † generalis renuntiatio non porigitur ad renuntiationem illius iuris, quod quis eſt habiturus in euentu alicuius diei, vel conditionis l. Paulo Callimacho §. 1. ff delega. 3.

Si itaque prædicta omnia procederent ſiuè opponerentur diuiſiones contra Creuſam, ſiuè contra hæredes grauatos, inter quos negotium ipſum actum fuit, quanto magis procedere debent ex quo opponuntur contrà D. Co: à Cornu, qui in ipſis diuiſionibus nullam partem habuit?

Ampliùs dico (ſtringendo reſolutionem à fortiori) quod ſi etiam D. Co: in prædictis aſſertis diuiſionibus interueniſſet, adhùc tales diuiſiones illi non præiudicaſſent; Etenim indubitati iuris eſt † diuiſiones erroneas, (quales eſsent iſtæ) detecto errore (vt hic luculentiſsimè patet) diuidentibus non officere, ſed retractari debere l. tres fratres ff. de pact. l. cum ſolus ff. de vſucapio. l. cum putarem in fi. ff. famil. ercíſc. l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & fac. ignor. l. ſi ſoror C. de Collatio. l. 3. C. com. vtri. iudic. Crau. conſ. 26. in fi. & conſ. 188. nu. 9. Aldou. poſt innumeros conſ. 53. num. 29. conſ. 90. num. 8. & ſub num. 10. verſ. Secundò accedit. Siuè † ſint eronee per errorem facti, ſiuè per errorem iuris, ita Deci. Socin. Menoch. Bertazzol. & Peregr. apud Aldou. conſ. 90. nu. 11. Crau. d. conſ. 188. num. 10. vbi dicit, quod facilius † ſuccuritur errantibus in facto, quàm in iure Quia † error facti dicitur probabilis, & tolerabilis. 90 91 92

93 Erroneæ autem diuiſiones † probantur cum apparet rem aliter ſe habere, quàm dictum, aut factum fuit, vel aliter fieri debuiſse, quàm factæ fuerunt gl. in l. de ætate §. vlt. ff. de interrog. actio. in l. non fatetur ff. de confeſs. Bart. in l. error in fi. C. de iur. & fac. ign. Aldou. d. conſ. 90. num. 10. Crau. d. conſ. 188 ſub num. 9.

Et Alex. in d. l. ſi ſoror in fin. C. de Collatio. dicit, quod † Diuiſio non præiudicat, cum de iure ita fieri non debet, & idem dicit Aldou. conſ. præd. 53. n. 30. 94

Quò verò ad ſecundum paradoxum, ſuperuacaneum eſt verba facere, quia quemadmodum (vt diximus) ipſum venit in conſequentiam

tiam primi, ita ex reſolutione primi reſultat reſolutio ſecundi.

Ex quo enim vidimus falſum eſſe antecedens, nempè quod Creuſa bona Pramaor anno 1636. 13. Auguſti vendiderit, aut ſummam ibidem contentam per ſe, filias, vel heredes ſuos receperit, Ceſsat motiuum conſequentis, nempè, quod Domina Aurelia, & Conſortes tantumdem habere debeant ratione æqualitatis ſeruandæ.

Quinimmò D. Comes in ſua ſcriptura reſponſiua 1699. 13. Iulii in tertio capite retorquet argumentum inſtando decerni Quod quemadmodum immò fœminæ deſcendentes Franciſci ex prædio Pramaor, & domibus annexis non fuerunt conſecutæ vltra ſummam libr. 1667: 10. in tot capitalibus ſubrogatis in locum dicti capitalis lib. 1678: 5 vt patet inſtrumento prædicto 1665. 3. Decembris, tantumdem, & non vltra conſequi poſsint Domina Aurelia, & aliæ fœminæ deſcendentes Io: Baptiſtæ ratione itidem æqualitatis ſeruandæ inter fratres, & eorum repræſentantes, Et ita (ni cælum ruat) iudicandum erit.

Patet itaque huiuſmodi paradoxa fuiſse infantiliter concepta, eaque propterea cenſenda eſse, vel puerilia ridicula nugamenta, vel mera ſomniorum phantaſmata, vel præ auaritia, & tenacitate excæcatæ mentis deliria, ni dicere velimus, quod ſint deceptoria ſophiſmata; adeò vt pudeat me in re apertiſsima quidquam ſcriptis commiſiſse maximè verò cum cauſa decidenda ſit ab Illuſtriſſimo D. Dominico Donato Vicario Pretorio Feltri, Viro quidem Iuriſperitiſſimo, omnium virtutum genere cumulatiſſimo, inter primarios Aſſeſsores Eminentiſſimo, & mihi propter ſingulares eius qualitates, integram iuſtitiam, & egregias animi dotes, Domino ſemper colendiſsimo.

Remanet itaque concludendum D. Aureliam, & Conſortes licentiandos eſſe à male, & perperam petitis in Scriptura 1698. 28. Nouembris in primo, & tertio capitibus, & pronuntiandum, quod quemadmodum fœminæ Franciſci Luſij, ſcilicet Creuſa, & eius filiæ ex prædio Pramaor non fuerunt conſecutæ niſi pro ſumma libr. 1667: 10. Tantumdem, & non vltrà conſequi poſsint fœminæ Io: Baptiſtæ, & ſic Domina Aurelia, & Conſortes iuxta exceptionem d. D. Co: prædictam 1699. 13. Iulii in tertio capite.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO SECVNDA

Num DD. Conſortibus competat ius contra D. Co: à Cornu pro conſequendis affectibus capitalis lib. 347. decurſis ab anno 1636. 13. Auguſti uſque ad præſens?

SVMMARIVM.

1 *A quo remouetur totum, remouetur portio totius.*

2 *Non ens diuidi non poteſt.*
Non datur pars eius, quod nihil eſt, ibid.

3 *Contractus ubi nullus extat, nulla poteſt oriri obligatio ex parte conuentorum, nullaque actio ex parte actorum.*

4 *Contractus dicitur pater obligationis, obligatio filia, & actio Neptis.*

5 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*

6 *Actionem non habens ad rem perſequendam, dicitur rem amiſiſſe.*

7 *Contractu reuocato, reuocati cenſentur omnes effectus, qui ab eo proueniunt, & ſuper eo fundantur.*

8 *Antecedenti deſtructo corruit conſequens.*

9 *Actum faciens præſumitur facere ex cauſa præcedentis obligationis.*

10 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

11 *Quilibet ad conſeruandum potius tendit, quàm ad perdendum.*

12 *Nemo præſumitur negligens rerum ſuarum.*
Diligentiæ potiùs præſumptio capienda eſt, ibid.
Potiſſimum in facto, & commodo proprio, ibid.

13 *Conſideratio ſecunda ubi interuenit, ibi plena præſumitur adeſſe deliberatio.*

14 *Contra id quod ſecundò conſideratur nulla opponi poteſt exceptio.*

15 *Geminatio reddit validum actum, qui aliàs erat inualidus.*

ABysſus abyſſum inuocat; Vnde cum DD. Conſ. in eorum primo ſordido, cauilloſo, & ſophiſtico paradoxo prædicto propoſuerint deſtractionem bonorum 1636. 13. Auguſti acquiſitorum pro libr. 7878: 15. conſecutiuè ab ipſo proponunt & tertium paradoxum, non minus reprobabile, quàm primum, quod quidem concipiunt hoc modo:

Solutiones factæ contemplatione dictorum bonorum aſcendunt ad ſummam librarum —— 7878:15
Ipſe autem terræ aſcendunt ad valorem libr. —— 7531: 5
Ergò ſolutiones excedunt valorem bonorum pro libr. —— 347:10

Petunt itaque affictus pro dicto reſiduo capitali à die dicti inſtrumenti, uſque ad præſens; Quæritur an iure agant, & experiantur?

Reſpondetur negatiuè

Ex quo enim in proxima præcedenti quæſtione ſatis, ſuperque

probatum eſt, quod dictus contractus 1636. 13. Auguſti non tenet, nec ullam prorſus obligationem parit quoad præiudicium Creuſæ, & eius hæredum, ſequitur in bona conſequentia, quod nec ſuper dictis affictibus ullam parere poſſit obligationem; Tritum eſt enim iuris axioma, ✠ quod à quo remouetur totum, remouetur & portio totius l. ſi quis cum totum ff. de except. rei iudic. l. adeò §. quod ſi toto ff. de acquir. rer. dom. Ang. conſ. 105. Aldou. conſ.107. nu.9. Peregr. conſ.87. nu. 4. Quod quidem congruit cum ratione naturali, cum non ens ✠ diuidi non poſsit, nec detur pars eius, quod nihil eſt, ut ſpeciatim reſpondit Corn. conſ. 150. col. 3. verſ. ſi itaque lib. 2. & poſt eum Aldou. con.104. n.22.

1 (margin, at "tum eſt enim iuris axioma"); 2 (margin, at "ratione naturali")

3 Prætereà ✠ ubi nullus extat contractus, nulla extare poteſt obligatio ex parte conuentorum, nullaque actio actoribus oriri poteſt l. licet §. ea obligatio ff. de procurat. 4 Etenim ✠ contractus dicitur pater obligationis, obligatio filia, & actio neptis, ut eruditè Bertazzol. de clauſ. inſtrum. clauſ.29. gl.11. num. 15. & poſt eum Aldou. conſ.40. n.33. 5 Sine ✠ autem actione experiri neminem poſſe apertiſsimi iuris eſt, l. ſi pupilli §. videamus ff. de negot. geſt. l. quoties §. item ſi temporalis ff. de admin. tut. 6 & ✠ actionem non habens ad rem perſequendam, rem dicitur amiſiſſe, l. labeo, & ſabinus §. ult. ff. de verb. ſignif. Aldou. d. conſ. 40. n.34. per Bertaz. in commentar. ad l. ſi quis maior verſ. Reus proprietate careat n.614. C. de tranſact.

Faciunt etiam illa vulgata iuris adagia, 7 ✠ quod contractu reuocato cenſentur etiam reuocati omnes effectus, qui ab eo veniunt, & ſuper eo fundantur, l. nam origo ff. quod vi, aut clàm l. hactenus in fi. & l. ſeq. ff. de aq. pluv. arcen. 8 & ✠ deſtructo antecedenti corruit conſequens, quod ſine antecedenti eſſe non poteſt l. 1. §. huius rei ff. de offic. eiuſ. l. ſed & hæ §. præter ff. de procurat. l. quod per manus ff. de iure codicill.

Hactenus diſputauimus in caſu vero, nunc non nihil dicendum eſt à fortiori in caſu ficto, ad demonſtrandum, quod DD. Conſortes quoquò ſe vertant ſunt omni actione deſtituti, & neſciunt quid petant.

Fingamus itaque citrà præiudicium veritatis, quod contractus 1636. 13. Auguſti eſſet celebratus cum ipſamet Creuſa, adhùc tamen ſuper prætenſis affictibus nullum ius DD. Conſortibus contra hæredes eiuſdem Creuſæ competere poſſet.

Quàmuis enim conſtet ſolutiones factas per Luſios contemplatione dicti inſtrumenti aſcendere ad lib. 7878: 15. Non tamen conſtat bona in ipſo inſtrumento contenta fuiſſe ipſis aſſignata pro lib.7531: 5. tantùm; nulla enim fit mentio in d. inſtrumento de præciſa quantitate pretii.

Nec obſtat, quod quando fuerunt aſſignata Creuſæ per Curatorem hereditatis, fuerunt appreciata pro dicta ſumma, quia non ſequitur; Ergò pro eadem ſumma præſumuntur tradita Luſiis; immò præſumptio ſtat in contrarium.

Etenim

Etenim tempore inſtrumenti fratres Luſii iam exburſauerant lib. 6200. & conuentum extitit, quod pro reſiduo ſoluere deberent affictum, ideò ſi bona præſumerentur tradita pro pretio, quo fuerunt eſtimata inter Curatorem, & Creuſam, quod eſt lib. 7531: 5. clarum eſſet, quod ipſum reſiduum fuiſſet lib. 1331: 5. tantùm, & tamen dict. Luſii ſemper ſoluerunt affictus pro capitali lib. 1678: 5. & anno 1665. 3. Decembris francauerunt dictum capitale cum aſſignatione aliorum capitalium eiuſdem ſummæ; Ergò indubitanter venit concludendum fratres Luſios bona prædicta non pro pretio inter Curatorem, & Creuſam, ſed ex noua conuentione recepiſſe, & ſolutionem penſionum toties eo modo reiteratam, & francationem factam pro dicta ſumma, vigore eiuſdem conuentionis feciſſe; Quandoquidem † Actum faciens præſumitur facere ex cauſa præcedentis obligationis l. quædam ff. de rei vendic. Crau. conſ. 231. n. 13. Aldou. conſ. 19. n. 2. & † nemo præſumitur iactare ſuum l. cum de indebito ff. de probatio. cui quadrat illud Ariſt. in 3. Ethic. c. 1. Nemo ſuas fortunas ſponte eicit, immò † quilibet ad conſeruandum potius tendit, quàm ad perdendum,

9

10

11

Borcholt. conſ. 12. col. 27. par. 1. per text. quem citat in c. ſuper hoc de renuntiat. Nec † præſumitur quis negligens rerum ſuarum, ſed in dubio diligentię potiùs pręſumptio capienda eſt, potiſſimum in his, quæ reſpiciunt factum, & commodum proprium, ut hoc in caſu Borch. d. conſ. 12. col. 27. verſ. Nec præſumitur Aldou. conſ. 13. n. 24. 12

Præterea illa toties reiterata penſionum ſolutio, & capitalis francatio pro dictá ſumma, in pluribus actibus ſeparatis ex temporis interuallo arguuntur factæ ex certa ſcientia, & animi deliberatione; quoniam † ubi ſecunda interuenit conſideratio, ibi plena præſumitur adeſſe deliberatio, ut pleniſsimè Borcholt. d. conſ. 12. col. 59. par. 1. Carol. de Graff. tract. de exceptio except. 14. & ideò † nihil amplius in contrarium opponi poteſt ut per Doct. ſupracitatos firmat Aldou. conſ. 77. num. 5. ſubdens n. 6. quod † geminatio reddit validum actum, qui aliàs validus non erat per Sebaſt. Medic. tract. de reg. iur. par. 1. reg. 3. ampliat. 116. 13 14 15

Et hæc dicta ſint ex abundanti, cum ea quæ diximus in principio ſatis ſufficiant ad reſolutionem præſentis quæſtionis, nec ab illis ullatenus ſit recedendum.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum D. Co: teneatur relaxare D. D. Conſortibus terras Rivolta, & Longarich nuncupatas cum fructibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſiuè agat, ſiuè excipiat, ſiuè aſſerat, ſiuè neget.*

2 *Qualitas, quæ eſt cauſa, quod quis audiatur, vel admittatur, omninò probari debet.*

3 *Actore non probante reus eſt abſoluendus etiam ſi nihil præſtiterit.*

Et ſi quoque foret homo nequiſſimus, actor verò legaliſſimus ibid. n. 4.

5 *Conſequentia eſt neceſſitas concluſionis ex præcedentibus.*

6 *Conſanguineus depoſitum repetens videtur renuntiare iuri redimendi.*

7 *Actio omnis competens priuato contra priuatum tollitur ſpatio triginta annorum.*

Tam de iure Communi, quàm de iure Veneto, ibid.

8 *Agens poſt completam præſcriptionem ſine actione agere dicitur, & à limine iudicij repellendus eſt.*

Immò iudex eum ex officio repellere poteſt. ibid. n.9.

10 *Exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum.*

ANno 1639. 8. Aprilis D. Vgolinus à Cornu pater D. Comitis pro credito Dominæ Mariæ Luſiæ eius vxoris, hæreditate Franciſci Luſij iàm legitimè excuſſa, petiit, & ſub die 17. Iunii ſubſequentis per ſententiam obtinuit contra Exc. D. Io: Bellattum uti tertium poſſeſſorem, relaxationem cuiuſdam prati Longarich nuncupati, necnon cuiuſdam annuæ reſponſionis liuellariæ lib. 17. ſuper quodam prato, Rivolta, nuncupato.

Ad præſens D. D. Conſortes petunt pronunciari eaſdem terras non eſſe fideicommiſſo ſubiectas, ſed ſibi uti bona de ratione Criſtophori à Cornu relaxandas eſſe cum fructibus à die, quo dictus D. Vgolinus earum poſseſsionem adeptus eſt.

Quæritur an D. Co: teneatur ad petitam relaxationem?

Negatiuè reſpondendum eſt ex ſequentibus.

Primò, quia non conſtat, quod dictæ terræ fuerint de ratione dicti Chriſtophori, cum tamen id neceſſariò probare debuerint, cum ſit præcipuum fundamentum eorum intentionis, per theoricam apertiſsimam, quod ✠ Quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis ſiuè agat, ſiuè exci- 1

exci-

Digitized by Google

excipiat, ſiuè aſſerat, ſiuè neget, l. actor C. de probatio. c. ſciant cuncti 2. quæſt. 8. Bart. & reliqui in l. in illo ff. de verb. oblig. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 15. n. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 81. num. 4. & poſt eum Aldou. conſ. 61. n. 4. Rolan. conſ. 32. num. 11. lib. 3. Aliàs audiendus non eſt, ſed à iudicio repellendus ad not. per Bart. in l. non ignorat C. qui accuſ. non poſſ. grauiter, & effusè Ioſeph Ludou. in d. decoſ. 15. n. 2. Boer. dec. 10. in princ. Rolan. d. conſ. 32. nu. 12. & facit tex. in c. ex parte decani, ubi Fely. de reſcript. Aldou. conſ. 81. nu. 4.

2 ✠ Et quando qualitas eſt cauſa, quod quis audiatur, vel admittatur, ea omninò probari debet l. ait Prætor §. docere ff. vi bonor. raptor. Rolan. ubi ſup. n. 13.

3 Et propterea vulgo circumferri ſolet ✠ Actore non probante reum abſoluendum eſſe, etiam ſi nihil præſtiterit, l. ei incumbit ff. de probatio. l. Actor quod aſſeuerat C. eod. l. qui accuſare C. de

4 eden. ✠ & ſi quoque foret homo nequiſſimus, actor verò legaliſſimus Iaſ. in d. l. qui accuſare n. 5. in fi. C. de eden. Aldou. d. conſ. 81. ſub nu. 5.

Quod autem DD. Conſortes petant dictas terras uti de ratione Chriſtophori à Cornu, euidentiſſimè patet ex eorum ſcriptura 1698. 28. Nouembris in c. 4. ibi: *Doverà eſſer dichiarito non compreſo nell' ordinatione fideicommiſſaria il prato di Riuolta &c. mà anzi di Chriſtophoro dal Corno, e così la terra di longarich, & in conſequenza ſpettarſi à noi Conſorti.*

5 Illa enim conſequentia ✠ eſt neceſſitas concluſionis ex præcedentibus, ut ait Cic. ad Treb. in Top. quod ſcilicet eatenus dictæ terræ eis debeantur, quatenus fuerint de ratione Chriſtophori, quod cum non probauerint defecerunt in ſalutari ſuo, & cauſa cadere debent.

Secundò, tantum abeſt, quod conſtet terras Longarich, & Riuolta, fuiſſe de ratione Chriſtophori; quod immò præſumenda eſſent de ratione fraternæ, quoties per hæredes grauatos non probarentur aliundè quæſita, iuribus, & auctoritatibus per nos ſupra allegatis inſp. 1. q. 2. num. 14. & nu. 17. uſq. n. 22. incluſiuè, ubi latè demonſtrauimus, quod bona per hæredem alicuius poſſeſſa præſumuntur ab illius auctore emanaſſet, & quod ſi hæres grauatus non fecerit inuentarium de bonis relictis per teſtatorem, omnia bona tenta per eum præſumuntur teſtatoris, niſi probentur aliundè quæſita, quæ præſumptio habetur pro plena probatione, quia ille pro quo ſtat iuris præſumptio eo ipſo intelligitur probare quod non probatur in contrarium, ſeu eo ipſo quod allegat id, pro quo ius commune diſponit, & ille tenetur probare, qui habet præſumptionem contra ſe.

Quinimmò Bartholomæus Luſa ultimus de prole admonet Conſortes dictas terras fuiſſe fratrum à Cornu patet ex informatione pro eorum inſtructione relicta, quamuis in maiori parte falſa, ergò quid amplius?

Tertiò, ponendo gladium ad radi-

radicem patet immò per liquidas
probationes, quod terræ prædictæ
nec fuerunt Chriſtophori, nec
minus ipſius fraternæ. Etenim
quantum ad terram Longarich, pa-
tet eam fuiſſe datam in dotem Ma-
rietæ ſorori ipſorum fratrum anno
1531. Poſtmodum autem dicti fra-
tres inſtituerunt depoſitum anno
1556. 26. Iunii pro ea redimenda
iure agnationis à D. Anna à Cor-
nu, quæ ipſam poſſidebat, & ſub
die 13. Iulii ſubſequentis depoſi-
tum ipſum retro acceperunt, & ſic
ab intentato retractu ſe remoue-
6 runt, etenim ✠ conſanguineus de-
poſitum repetens videtur renuntia-
re iuri redimendi, ut docet Ti-
raq. de retr. conuent. §.4. gl.9. n.1.
in fi. & gl.10. n.1. & 2.

Quò verò ad terram, Riuolta,
etſi ex Chirographo 1560. 10. Ia-
nuarii (ſi tamen verum continet)
videatur acquiſita per d. Chriſt. à
Reu. Io. Baptiſta Muſſoneo, Ve-
rum tamen eſt, quod fratres Luſii
q. Sigiſmundi hæredes d. Chriſto-
phori pro eius ære alieno ſoluendo
ipſum vendiderunt Zanetto Zanel-
la de Ceſio minori, ut patet inſtru-
mento 1576. 20. Nouembris.

Ex quibus omnibus neceſsariò
concludendum eſt q. Exc. Franciſ-
cum Luſium dictas terras aliundè
habuiſse, quàm ex titulo Chriſto
phori, vel fraternæ à Cornu.

Quartò dato, ſed non conceſso,
quod dictę terrę fuiſsent de ratione
Chriſtophori, vel fraternæ, ex hoc
tamen non ſequitur conſequentia,
quod debeantur Dominis Conſor-
tibus; Etenim ſi erant Chriſtopho-
ri, ſpectant pro dimidia d. Co: ex
iuribus ſibi competentibus, ut latè
firmauimus in ſp. 1. queſt. 7. Si erant
de ratione fraternę ſpectant pro di-
midia ad eundem vigore fideicom-
miſſi, & ſic utroque caſu petitio
DD. Conſortum inepta foret.

Quintò tandem, & à fortiori,
præmiſſis omnibus ceſsantibus,
DD. Conſortes ex eo ſolo ſuper pe-
tita relaxatione non eſsent audien-
di, ex quo à die mortis Franciſci
Luſii 1634. 10. Martii per quam
caſus ad ipſorum fauorem eueniſ-
ſet, uſque ad præſens non unica,
ſed duplex fuiſset decurſa præſcri-
ptio, cum tamen unica ſufficiat,
quia ✠ triginta annorum ſpatio 7
tollitur omne ius, omniſque actio
competens priuato contra priua-
tum, tùm de iure communi l. ſi-
cut, l. omnes C. de præſcriptio. 30.
vel 40. ann. l. 2. C. de conſtit. pecu.
amplè Tiraq. de retract. lignag. §.
1. gl. 10. ſub n. 10. Aldou. conſ. 35.
nu. 30. Tùm etiam de iure Veneto
ex lege 1613. 22. Martii in corre-
ctio. Sereniſs. Memo.

Agens autem ✠ poſt completam 8
præſcriptionem ſine actione agere
dicitur, & à limine iudicii repel-
lendus eſt, ✠ immò iudex eum ex 9
officio repellere poteſt, ut docet
Borcholt. conſ. 8. col. 8. par. 1. &
poſt eum Aldou. conſ. 94. n. 29 & 30.
✠ Talis namque exceptio impe- 10
dit litis ingreſſum, ut ſubdit Al-
dou. ibid. n. 31. per Bart. in l. ult.
ff. pro ſuo, & in l. fratris C. de
tranſact.

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Numerus 1 margini præfixus primam inſpectionem, 2 Secundam inſpectionem indicant.

A

1 ACquiſita poſt mortem teſtatoris ſpectant ad hæredes grauatos qu. 2. num. 8. pagina 14. qu. 6. num. 89. pagina 64
1 Acta ſunt veluti vehiculum ad ſententiam. q. 6. nu. 58. pag. 60
1 Actiones non tranſeunt in fideicommiſſarium ſine reſtitutione. q. 3. nu. 30. & 34 p. 26
De veritate vide n. 38. & infrà, ibid.
1 Actiones, & rerum dominia tranſeunt ipſo iure in fideicommiſſarium ſine reſtitutione verbali, qu. 3. num. 38. & infr. p. 26
1 Actiones ſemel translatæ ab hærede in fideicommiſſarium, fiunt tranſſibiles, & deuolubiles, q. 3. n. 40. ib.
1 Actiones actiuæ competentes hæredi grauato non pereunt per aditionem hæreditatis abſque inuentario, q. 6. num. 123. p. 71
Nec etiam paſſiuæ. ibid.
2 Actio negotiorum geſtorum contraria datur ad repetendum id, quod in negotiorum geſtione impenſum eſt, abeſt, vel ab futurum eſt quæſt. 1. numer. 28. p. 95
2 Actio negotiorum geſtorum contraria competit gerenti alterius negotia ſine eius præſentia, mandato, vel ratificatione. q. 1. n. 29. p. 96
2 Actio negotiorum geſtorum contraria competit contra illum ad quem negotium verè pertinet, licèt factum contemplatione alterius, n. 31. ib.
2 Actionem non habens ad rem perſequendam dicitur rem amiſiſſe, qu. 2. num. 6 p. 108
Actio omnis competens priuato contra priuatum, tollitur ſpatio triginta annorum, qu. 3. n. 7. p. 112
Etiam de iure Veneto. ib.
2 Actore non probante reus eſt abſoluendus etiam ſi nihil præſtiterit, qu. 3. num. 3. p. 111
Et ſi quoque foret homo nequiſſimus, actor verò legaliſſimus ib. nu. 4
1 Idem q. 6. num. 56. p. 55
2 Actum faciens præſumitur facere ex cauſa præcedentis obligationis, qu. 2. num. 9. p. 109
1 Aditio hæreditatis refertur ad tempus mortis q. 2. num. 7. pag. 13. qu. 4. num. 1. p. 31
1 Aditione hæreditatis rerum dominia, iura, & actiones acquiruntur, qu. 3. num. 32. p. 26
2 Æqualitas debet ſeruari inter fratres, & eorum repræſentantes, q. 1. numer. 14. p. 93
2 Æquitas in omnibus, potiſſimum in iure ſeruanda eſt, q. 4. num. 21. p. 33
Æſtimi quantitas fraudatur potiùs in diminuendo, quàm in augendo q. 2. num. 13. p. 14
Æſtimum probat dominium q. 5. nu. 54. & n. 72. p. 43 & 45
Æſtimum probare identitatem bonorum fideicommiſſi intelligitur de æſtimo fideicommittentis, vel prædeceſſorum, q. 2. n. 2. p. 13
Sumpto tamen argumento affirmatiuè non negatiuè ib. nu. 36. p. 18
Affirmatiua vniuerſalis, vide, Vniuerſalis affirmatiua.

P 1 Agens

egrediuntur perſonas paciſcentium ad præiudicium ſubſtitutorum, &
75 quod ✠ tranſactio eſt ſpecies alienationis, & ideò grauatus, qui prohibetur res fideicommeſsarias alienare, nec de ipſis tranſigere poteſt.
76 Et eſt regulare, quod ✠ tranſactio cum uno alteri non præiudicat, l. inter C. res inter alios actas.

Et in fortioribus terminis idem Peregr. in d. art. 52. nu. 90. & quatuor ſequent. ampliat id etiam procedere ubi ſubſtituti vlterioris gradus ſunt hæredes tranſigentis,
77 ea ratione quia ✠ conſentiens in ſui præiudicium non præiudicat filiis, vel hæredibus in iure pro-
78 prio ipſorum, quia ✠ per ſimplicem conſenſum non abſorbetur ius futurum l. 1. §. quod ait ubi Bart. ff. quor. legat.
79 Et conſenſus ✠ eorum quorum in fideicommiſſo prima eſt cauſa, præſtitus in alienatione rei fideicommiſſariæ, non præiudicat ſequentibus iure ſuo venientibus adeò vt pro iure ſuo aduerſari nequeant Rolan. conſ. 70. n. 35. lib. 3.

Et idem eſt in renuntiante iuri
80 ſuo, ✠ qui intelligitur renuntiare iuri in eius fauorem introducto, non autem in fauorem ſui hæredis, vt dicit gl. in verbo, renuntiant, in l. iubemus §. ſcientes C. de ſacroſ Eccleſ.

Quo verò ad diuiſiones, quod eſt tertium membrum obiecti prædicti, hæ pariter non officiunt, quoniam nullæ hoc in caſu dici poſſunt interueniſſe diuiſiones, quoniam ibi propriè dicuntur fieri diuiſiones, vbi duo vel plures poſſident rem communem pro indiuiſo, maſculi autem Ioannis Baptiſtæ, & feminæ Franciſci non poſſidebant pro indiuiſo, vnde non diuiſio, ſed ſeparatio fidei commiſſi à bonis liberis facta fuit.

Prætereà extat theorica, quod † 81
per ſimplicem diuiſionem abſque pactis remiſsionem inferentibus non remittitur fideicommiſſum conditionale, quam ex communi firmat poſt Deci. & Corn. allegat. Matthæ. I. C. in commun. opin. in verbo, Diuiſio, n. 1. Peregr. d. art. 52. n. 18. per tex. allegat. in l. cum pater §. hæreditatem ff. delega. 2. & per tres ſolidiſsimas rationes adductas.

Rurſus, clauſulæ ✠ ſeu pacta 82
non operarentur remiſsionem niſi probaretur ſcientia in renuntiantibus per caſum in l. cum aquiliana ff. de tranſactio. & in l. 1. §. 1. ff. quemad. teſtam. aper.

Quia † Iuri, quod quis ignorat 83
ſibi competere, non videtur renuntiaſse l. qui cum tutoribus, l. non eſt ferendus ff. de tranſactio. l. mater decedens ff. de inoff. teſtam. Peregr. d. art. 52. nu. 20. Vbi ex ſententia omnium indiferenter dicit hoc procedere tàm in diuiſione, quàm in tranſactione, quia diuiſio
✠ eſt ſpecies quædam tranſactio- 84
nis per iura, & Doct. alleg.

Vlteriùs clauſulæ † adiectæ in 85
inſtrumento diuiſionis vt operentur remiſsionem fideicommiſsi, debent eam importare aut expreſsè, aut in neceſſariam conſequentiam expreſſorum, l. poſt diem ff. de lege commiſſor. & ideò † iu dubio pro- 86
nuntiandum eſt fideicommiſſo non fuiſſe renuntiatum, vt ex Doct. cit. ſubdit idem Peregr. d. art. 52. n. 24.

Et propterea † ſimplex diuiſio 87
etiam

etiam cum clauſula de non contrauueniendo non inducit renuntiationem fideicommiſsi, niſi aliud conſtet de mente diuidentium, vt communem opinionem aſſerunt Eman. Soar. in theſauro recept. ſentent. litt. D. n. 95. Villalob. in commun. opin. verſ. Diuiſio, n. 86. Peregr. d. art. 52. n. 26. Vbi ampliat id procedere etiam ſi diuidentes ſcientes fideicommiſſum, promiſiſsent diuiſiones habere firmas, & ratas, & nihil aduerſus eas facturos, ex quinque concludentiſsimis rationibus adductis.

88 Quinimmò † ſi diuidentes remiſerint ad inuicem fideicommiſſum eis debitum per verba præſentis temporis (quod fortius eſt) eiuſmodi remiſsio non extenditur ad fideicommiſſum conditionale poſt eorum mortem per tex. in l. ſi ita ſcripſiſſet ff. de lega. 2. in l. ſi ſtipulatus fuerim, & in l. ſi à Collono ff. de verb. obligatio. & ſequitur Peregr. ibi n. 28. & 31.

89 Ex quo infertur quod † generalis renuntiatio non porigitur ad renuntiationem illius iuris, quod quis eſt habiturus in euentu alicuius diei, vel conditionis l. Paulo Callimacho §. 1. ff delega. 3.

Si itaque prædicta omnia procederent ſiuè opponerentur diuiſiones contra Creuſam, ſiuè contra hæredes grauatos, inter quos negotium ipſum actum fuit, quanto magis procedere debent ex quo opponuntur contrà D. Co: à Cornu, qui in ipſis diuiſionibus nullam partem habuit?

Ampliùs dico (ſtringendo reſolutionem à fortiori) quod ſi etiam D. Co: in prædictis aſſertis diuiſionibus interueniſſet, adhùc tales diuiſiones illi non præiudicaſſent; Etenim indubitati iuris eſt † diuiſiones erroneas, (quales eſsent iſtæ) detecto errore (vt hic luculentiſsimè patet) diuidentibus non officere, ſed retractari debere l. tres fratres ff. de pact. l. cum ſolus ff. de vſucapio. l. cum putarem in fi. ff. famil. erciſc. l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & fac. ignor. l. ſi ſoror C. de Collatio. l. 3. C. com. vtri. iudic. Crau. conſ. 26. in fi. & conſ. 188. nu. 9. Aldou. poſt innumeros conſ. 53. num. 29. conſ. 90. num. 8. & ſub num. 10. verſ. Secundò accedit. Siuè † ſint eronee per errorem facti, ſiuè per errorem iuris, ita Deci. Socin. Menoch. Bertazzol. & Peregr. apud Aldou. conſ. 90. nu. 11. Crau. d. conſ. 188. num. 10. vbi dicit, quod facilius † ſuccuritur errantibus in facto, quàm in iure Quia † error facti dicitur probabilis, & tolerabilis. 90 91 92

Erroneæ autem diuiſiones † probantur cum apparet rem aliter ſe habere, quàm dictum, aut factum fuit, vel aliter fieri debuiſse, quàm factæ fuerunt gl. in l. de ætate §. vlt. ff. de interrog. actio. in l. non fatetur ff. de confeſs. Bart. in l. error in fi. C. de iur. & fac. ign. Aldou. d. conſ. 90. num. 10. Crau. d. conſ. 188 ſub num. 9. 93

Et Alex. in d. l. ſi ſoror in fin. C. de Collatio. dicit, quod † Diuiſio non præiudicat, cum de iure ita fieri non debet, & idem dicit Aldou. conſ. præd. 53. n. 30. 94

Quò verò ad ſecundum paradoxum, ſuperuacaneum eſt verba facere, quia quemadmodum (vt diximus) ipſum venit in conſequentiam

Digitized by Google

tiam primi, ita ex reſolutione primi reſultat reſolutio ſecundi.

Ex quo enim vidimus falſum eſſe antecedens, nempè quod Creuſa bona Pramaor anno 1636. 13. Auguſti vendiderit, aut ſummam ibidem contentam per ſe, filias, vel heredes ſuos receperit, Ceſsat motiuum conſequentis, nempè, quod Domina Aurelia, & Conſortes tantumdem habere debeant ratione æqualitatis ſeruandæ.

Quinimmò D. Comes in ſua ſcriptura reſponſiua 1699. 13. Iulii in tertio capite retorquet argumentum inſtando decerni Quod quemadmodum immò fœminæ deſcendentes Franciſci ex prædio Pramaor, & domibus annexis non fuerunt conſecutæ vltra ſummam libr. 1667: 10. in tot capitalibus ſubrogatis in locum dicti capitalis lib. 1678: 5 vt patet inſtrumento prædicto 1665. 3. Decembris, tantumdem, & non vltra conſequi poſsint Domina Aurelia, & aliæ fœminæ deſcendentes Io: Baptiſtæ ratione itidem æqualitatis ſeruandæ inter fratres, & eorum repræſentantes, Et ita (ni cælum ruat) Iudicandum erit.

Patet itaque huiuſmodi paradoxa fuiſse infantiliter concepta, eaque propterèà cenſenda eſse, vel puerilia ridicula nugamenta, vel mera ſomniorum phantaſmata, vel præ auaritia, & tenacitate excæcatæ mentis deliria, ni dicere velimus, quod ſint deceptoria ſophiſmata, adeò vt pudeat me in re apertiſsima quidquam ſcriptis commiſiſse maximè verò cum cauſa decidenda ſit ab Illuſtriſſimo D. Dominico Donato Vicario Pretorio Feltri, Viro quidem Iuriſperitiſſimo, omnium virtutum genere cumulatiſſimo, inter primarios Aſſeſsores Eminentiſſimo, & mihi propter ſingulares eius qualitates, integram iuſtitiam, & egregias animi dotes, Domino ſemper colendiſsimo.

Remanet itaque concludendum D. Aureliam, & Conſortes licentiandos eſſe à male, & perperam petitis in Scriptura 1698. 28. Nouembris in primo, & tertio capitibus, & pronuntiandum, quod quemadmodum fœminæ Franciſci Luſij, ſcilicet Creuſa, & eius filiæ ex prædio Pramaor non fuerunt conſecutæ niſi pro ſumma libr. 1667: 10. Tantumdem, & non vltrà conſequi poſsint fœminæ Io: Baptiſtæ, & ſic Domina Aurelia, & Conſortes iuxta exceptionem d. D. Co: prædictam 1699. 13. Iulii in tertio capite.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO SECVNDA

Num DD. Conſortibus competat ius contra D. Co: à Cornu pro conſequendis aſſictibus capitalis lib. 347. decurſis ab anno 1636. 13. Auguſti uſque ad præſens?

SVMMARIVM.

1 *A quo remouetur totum, remouetur portio totius.*

2 *Non ens diuidi non poteſt.*
Non datur pars eius, quod nihil eſt, ibid.

3 *Contractus ubi nullus extat, nulla poteſt oriri obligatio ex parte conuentorum, nullaque actio ex parte actorum.*

4 *Contractus dicitur pater obligationis, obligatio filia, & actio Neptis.*

5 *Nemo ſine actione experiri poteſt.*

6 *Actionem non habens ad rem perſequendam, dicitur rem amiſiſſe.*

7 *Contractu reuocato, reuocati cenſentur omnes effectus, qui ab eo proueniunt, & ſuper eo fundantur.*

8 *Antecedenti deſtructo corruit conſequens.*

9 *Actum faciens præſumitur facere ex cauſa præcedentis obligationis.*

10 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

11 *Quilibet ad conſeruandum potius tendit, quàm ad perdendum.*

12 *Nemo præſumitur negligens rerum ſuarum.*
Diligentiæ potiùs præſumptio capienda eſt, ibid.
Potiſſimum in facto, & commodo proprio, ibid.

13 *Conſideratio ſecunda ubi interuenit, ibi plena præſumitur adeſſe deliberatio.*

14 *Contra id quod ſecundò conſideratur nulla opponi poteſt exceptio.*

15 *Geminatio reddit validum actum qui aliàs erat inualidus.*

ABySſus abyſſum inuocat; Vnde cum DD. Conſ. in eorum primo ſordido, cauilloſo, & ſophiſtico paradoxo prædicto propoſuerint deſtractionem bonorum 1636. 13. Auguſti acquiſitorum pro libr. 7878: 15. conſecutiuè ab ipſo proponunt & tertium paradoxum, non minus reprobabile, quàm primum, quod quidem concipiunt hoc modo:

Solutiones factæ contemplatione dictorum bonorum aſcendunt ad ſummam librarum —— 7878:15

Ipſe autem terræ aſcendunt ad valorem libr. —————— 7531: 5

Ergò ſolutiones excedunt valorem bonorum pro libr. —— 347:10

Petunt itaque affictus pro dicto reſiduo capitali à die dicti inſtrumenti, uſque ad præſens; Quæritur an iure agant, & experiantur?

Reſpondetur negatiuè

Ex quo enim in proxima præcedenti quæſtione ſatis, ſuperque

probatum eſt, quod dictus con-
tractus 1636. 13. Auguſti non te-
net, nec ullam prorſus obligatio-
nem parit quoad præiudicium
Creuſæ, & eius hæredum, ſequi-
tur in bona conſequentia, quod
nec ſuper dictis affictibus ullam
parere poſſit obligationem; Tri-
1 tum eſt enim iuris axioma, ✠
quod à quo remouetur totum, re-
mouetur & portio totius l. ſi quis
cum totum ff. de except. rei iudic.
l. adeò §. quod ſi toto ff. de acquir.
rer. dom. Ang. conſ. 105. Aldou.
conſ. 107. nu. 9. Peregr. conſ. 87. nu.
4. Quod quidem congruit cum
2 ratione naturali, cum non ens ✠
diuidi non poſsit, nec detur pars
eius, quod nihil eſt, ut ſpeciatim
reſpondit Corn. conſ. 150. col. 3.
verſ. ſi itaque lib. 2. & poſt eum
Aldou. con. 104. n. 22.

3 Prætereà ✠ ubi nullus extat
contractus, nulla extare poteſt obli-
gatio ex parte conuentorum, nul-
laque actio actoribus oriri poteſt
l. licet §. ea obligatio ff. de procu-
4 rat. Etenim ✠ contractus dicitur
pater obligationis, obligatio filia,
& actio neptis, ut eruditè Ber-
tazzol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 29.
gl. 11. num. 15. & poſt eum Aldou.
5 conſ. 40. n. 33. Sine ✠ autem actio-
ne experiri neminem poſſe aper-
tiſsimi iuris eſt, l. ſi pupilli §. vi-
deamus ff. de negot. geſt. l. quoties
§. item ſi temporalis ff. de admin.
6 tut. & ✠ actionem non habens ad
rem perſequendam, rem dicitur
amiſiſſe, l. labeo, & ſabinus §.
ult. ff. de verb. ſignif. Aldou. d. conſ.
40. n. 34. per Bertaz. in commentar.
ad l. ſi quis maior verſ. Reus pro-
prietate careat n. 614. C. de tranſact.

Faciunt etiam illa vulgata iuris
adagia, ✠ quod contractu reuoca- 7
to cenſentur etiam reuocati omnes
effectus, qui ab eo veniunt, & ſu-
per eo fundantur, l. nam origo ff.
quod vi, aut clàm l. hactenus in fi.
& l. ſeq. ff. de aq. pluv. arcen. & ✠ 8
deſtructo antecedenti corruit con-
ſequens, quod ſine antecedenti eſſe
non poteſt l. 1. §. huius rei ff. de of-
fic. eiuſ. l. ſed & hæ §. præter ff. de
procurat. l. quod per manus ff. de
iure codicill.

Hactenus diſputauimus in caſu
vero, nunc non nihil dicendum eſt
à fortiori in caſu ficto, ad demon-
ſtrandum, quod DD. Conſortes
quoquò ſe vertant ſunt omni actio-
ne deſtituti, & neſciunt quid pe-
tant.

Fingamus itaque citrà præiudi-
cium veritatis, quod contractus
1636. 13. Auguſti eſſet celebratus
cum ipſamet Creuſa, adhùc tamen
ſuper prætenſis affictibus nullum
ius DD. Conſortibus contra hære-
des eiuſdem Creuſæ competere poſ-
ſet.

Quàmuis enim conſtet ſolutio-
nes factas per Luſios contemplatio-
ne dicti inſtrumenti aſcendere ad
lib. 7878: 15. Non tamen conſtat
bona in ipſo inſtrumento contenta
fuiſſe ipſis aſſignata pro lib. 7531: 5.
tantùm; nulla enim fit mentio in d.
inſtrumento de præciſa quantitate
pretii.

Nec obſtat, quod quando fue-
runt aſſignata Creuſæ per Curato-
rem hæreditatis, fuerunt appre-
ciata pro dicta ſumma, quia non
ſequitur; Ergò pro eadem ſumma
præſumuntur tradita Luſiis; immò
præſumptio ſtat in contrarium.

Etenim

Digitized by Google

Etenim tempore inſtrumenti fratres Luſii iam exburſauerant lib. 6200. & conuentum extitit, quod pro reſiduo ſoluere deberent affictum, ideò ſi bona præſumerentur tradita pro pretio, quo fuerunt eſtimata inter Curatorem, & Creuſam, quod eſt lib. 7531: 5. clarum eſſet, quod ipſum reſiduum fuiſſet lib. 1331: 5. tantùm, & tamen dict. Luſii ſemper ſoluerunt affictus pro capitali lib. 1678: 5. & anno 1665. 3. Decembris francauerunt dictum capitale cum aſſignatione aliorum capitalium eiuſdem ſummæ; Ergò indubitanter venit concludendum fratres Luſios bona prædicta non pro pretio inter Curatorem, & Creuſam, ſed ex noua conuentione recepiſſe, & ſolutionem penſionum toties eo modo reiteratam, & francationem factam pro dicta ſumma,
9 vigore eiuſdem conuentionis feciſſe; Quandoquidem † Actum faciens præſumitur facere ex cauſa præcedentis obligationis l. quædam
10 ff. de rei vendic. Crau. conſ. 231. n. 13. Aldou. conſ. 19. n. 2. & † nemo præſumitur iactare ſuum l. cum de indebito ff. de probatio. cui quadrat illud Ariſt. in 3. Ethic. c. 1. Nemo ſuas fortunas ſponte eicit, im-
11 mò † quilibet ad conſeruandum potius tendit, quàm ad perdendum, Borcholt. conſ. 12. col. 27. par. 1. per text. quem citat in c. ſuper hoc de renuntiat. Nec † præſumitur quis 12
negligens rerum ſuarum, ſed in dubio diligentię potiùs pręſumptio capienda eſt, potiſſimum in his, quæ reſpiciunt factum, & commodum proprium, ut hoc in caſu Borch. d. conſ. 12. col. 27. verſ. Nec præſumitur Aldou. conſ. 13. n. 24.

Prętereà illa toties reiterata penſionum ſolutio, & capitalis francatio pro dictá ſumma, in pluribus actibus ſeparatis ex temporis interuallo arguuntur factæ ex certa ſcientia, & animi deliberatione; quoniam † ubi ſecunda interuenit 13
conſideratio, ibi plena præſumitur adeſſe deliberatio, ut pleniſsimè Borcholt. d. conſ. 12. col. 59. par. 1. Carol. de Graff. tract. de exceptio except. 14. & ideò † nihil amplius 14
in contrarium opponi poteſt ut per Doct. ſupracitatos firmat Aldou. conſ. 77. num. 5. ſubdens n. 6. quod † geminatio reddit validum actum, 15
qui aliàs validus non erat per Seb. baſt. Medic. tract. de reg. iur. par. 1. reg. 3. ampliat. 116.

Et hæc dicta ſint ex abundanti; cum ea quæ diximus in principio ſatis ſufficiant ad reſolutionem præſentis quæſtionis, nec ab illis ullatenus ſit recedendum.

QVÆ-

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum D. Co: teneatur relaxare D. D. Conſortibus terras Riuolta, & Longarich nuncupatas cum fructibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſiuè agat, ſiuè excipiat, ſiuè aſſerat, ſiuè neget.*

2 *Qualitas, quæ eſt cauſa, quod quis audiatur, vel admittatur, omninò probari debet.*

3 *Actore non probante reus eſt abſoluendus etiam ſi nihil præſtiterit.*

Et ſi quoque foret homo nequiſſimus, actor verò legaliſſimus ibid. n. 4.

5 *Conſequentia eſt neceſſitas concluſionis ex præcedentibus.*

6 *Conſanguineus depoſitum repetens videtur renuntiare iuri redimendi.*

7 *Actio omnis competens priuato contra priuatum tollitur ſpatio triginta annorum.*

Tam de iure Communi, quàm de iure Veneto, ibid.

8 *Agens poſt completam præſcriptionem ſine actione agere dicitur, & à limine iudicij repellendus eſt.*

Immò iudex eum ex officio repellere poteſt. ibid. n. 9.

10 *Exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum.*

ANno 1639. 8. Aprilis D. Vgolinus à Cornu pater D. Comitis pro credito Dominæ Mariæ Luſiæ eius vxoris, hæreditate Franciſci Luſij iàm legitimè excuſſa, petiit, & ſub die 17. Iunii ſubſequentis per ſententiam obtinuit contra Exc. D. Io: Bellattum uti tertium poſſeſſorem, relaxationem cuiuſdam prati Longarich nuncupati, necnon cuiuſdam annuæ reſponſionis liuellariæ lib. 17. ſuper quodam prato, Riuolta, nuncupato.

Ad præſens D. D. Conſortes petunt pronunciari eaſdem terras non eſſe fideicommiſſo ſubiectas, ſed ſibi uti bona de ratione Chriſtophori à Cornu relaxandas eſſe cum fructibus à die, quo dictus D. Vgolinus earum poſſeſſionem adeptus eſt.

Quæritur an D. Co: teneatur ad petitam relaxationem?

Negatiuè reſpondendum eſt ex ſequentibus.

Primò, quia non conſtat, quod dictæ terræ fuerint de ratione dicti Chriſtophori, cum tamen id neceſſariò probare debuerint, cum ſit præcipuum fundamentum eorum intentionis, per theoricam apertiſſimam, quod ✠ Quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis ſiuè agat, ſiuè 1

exci-

Digitized by Google

excipiat, ſiuè aſſerat, ſiuè neget, l. actor C. de probatio. c. ſciant cuncti 2. queſt. 3. Bart. & reliqui in l. in illo ff. de verb. oblig. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 15. n. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 61. num. 4 & poſt eum Aldou. conſ. 61. n. 4. Rolan. conſ. 32. num. 11. lib. 3. Aliàs audiendus non eſt, ſed à iudicio repellendus ad not. per Bart. in l. non ignorat C. qui accuſ. non poſſ. grauiter, & effusè Ioſeph Ludou. in d. deciſ. 15. n. 2. Boer. dec. 10. in princ. Rolan. d. conſ. 32. nu. 12. & facit tex. in c. ex parte decani, ubi Fely. de reſcript. Aldou. conſ. 81. nu. 4.

2 ✠ Et quando qualitas eſt cauſa, quod quis audiatur, vel admittatur, ea omoinò probari debet l. ait Prætor §. docere ff. vi bonor. raptor. Rolan. ubi ſup. n. 13.

Et propterea vulgo circumferri
3 ſolet ✠ Actore non probante reum abſoluendum eſſe, etiam ſi nihil præſtiterit, l. ei incumbit ff. de probatio. l. Actor quod aſſeuerat C. eod. l. qui accuſare C. de
4 eden. ✠ & ſi quoque foret homo nequiſſimus, actor verò legaliſſimus Iaſ. in d. l. qui accuſare n. 5. in fi. C. de eden. Aldou. d. conſ. 81. ſub nu. 5.

Quod autem DD. Conſortes petant dictas terras uti de ratione Chriſtophori à Cornu, euidentiſſimè patet ex eorum ſcriptura 1698. 28. Nouembris in c. 4. ibi: *Doverà eſſer dichiarito non compreſo nell' ordinatione fideicommiſſaria il prato di Riuolta &c. mà anzi di Chriſtophoro dal Corno, e così la terra di longarich, & in conſequenza ſpettarſi à noi Conſorti.*

Illa enim conſequentia ✠ eſt 5
neceſſitas concluſionis ex præcedentibus, ut ait Cic. ad Treb. in Top. quod ſcilicet eatenus dictæ terræ eis debeantur, quatenus fuerint de ratione Chriſtophori, quod cum non probauerint defecerunt in ſalutari ſuo, & cauſa cadere debent.

Secundò, tantum abeſt, quod conſtet terras Longarich, & Riuolta, fuiſſe de ratione Chriſtophori; quod immò præſumenda eſſent de ratione fraternæ, quoties per hæredes grauatos non probarentur aliundè quæſita, iuribus, & auctoritatibus per nos ſupra allegatis inſp. 1. q. 2. num. 14. & nu. 17. uſq. n. 28. incluſiuè, ubi latè demonſtrauimus, quod bona per hæredem alicuius poſſeſſa præſumuntur ab illius auctore emanaſſet, & quod ſi hæres grauatus non fecerit inuentarium de bonis relictis per teſtatorem, omnia bona tenta per eum præſumuntur teſtatoris, niſi probentur aliundè quæſita, quæ præſumptio habetur pro plena probatione, quia ille pro quo ſtat iuris præſumptio eo ipſo intelligitur probare quod non probatur in contrarium; ſeu eo ipſo quod allegat id, pro quo ius commune diſponit, & ille tenetur probare, qui habet præſumptionem contra ſe.

Quinimmò Bartholomæus Luſa ultimus de prole admonet Conſortes dictas terras fuiſſe fratrum à Cornu patet ex informatione pro eorum inſtructione relicta, quamuis in maiori parte falſa, ergò quid amplius?

Tertiò, ponendo gladium ad radi-

radicem patet immò per liquidas probationes, quod terræ prædictæ nec fuerunt Chriſtophori, nec minus ipſius fraternæ. Etenim quantum ad terram Longarich, patet eam fuiſſe datam in dotem Marietæ ſorori ipſorum fratrum anno 1531. Poſtmodum autem dicti fratres inſtituerunt depoſitum anno 1556. 26. Iunii pro ea redimenda iure agnationis à D. Anna à Cornu, quæ ipſam poſſidebat, & ſub die 13. Iulii ſubſequentis depoſitum ipſum retro acceperunt, & ſic ab intentato retractu ſe remoue-
6 runt, etenim ✠ conſanguineus depoſitum repetens videtur renuntiare iuri redimendi, ut docet Tiraq. de retr. conuent. §.4. gl.9. n.1. in fi. & gl.10. n.1. & 2.

Quo verò ad terram, Riuolta, etſi ex Chirographo 1560. 10. Ianuarii (ſi tamen verum continet) videatur acquiſita per d. Chriſt. à Reu. Io. Baptiſta Muſſoneo, Verum tamen eſt, quod fratres Luſii q. Sigiſmundi hæredes d. Chriſtophori pro eius ære alieno ſoluendo ipſum vendiderunt Zanetto Zanella de Ceſio minori, ut patet inſtrumento 1576. 20. Nouembris.

Ex quibus omnibus neceſſariò concludendum eſt q. Exc. Franciſcum Luſium dictas terras aliundè habuiſſe, quàm ex titulo Chriſtophori, vel fraternæ à Cornu.

Quartò dato, ſed non conceſſo, quod dictę terrę fuiſſent de ratione Chriſtophori, vel fraternæ, ex hoc tamen non ſequitur conſequentia, quod deberentur Dominis Conſortibus; Etenim ſi erant Chriſtophori, ſpectant pro dimidia d. Co: ex iuribus ſibi competentibus, ut latè firmauimus in ſp. 1. quęſt.7. Si erant de ratione fraternę ſpectant pro dimidia ad eundem vigore fideicommiſſi; & ſic utroque caſu petitio DD. Conſortum inepta foret.

Quintò tandem, & à fortiori, præmiſſis omnibus ceſſantibus, DD. Conſortes ex eo ſolo ſuper petita relaxatione non eſſent audiendi, ex quo à die mortis Franciſci Luſii 1634. 10. Martii per quam caſus ad ipſorum fauorem eueniſſet, uſque ad præſens non unica, ſed duplex fuiſſet decurſa præſcriptio, cum tamen unica ſufficiat,
quia ✠ triginta annorum ſpatio 7
tollitur omne ius, omniſque actio competens priuato contra priuatum, tùm de iure communi l. ſicut, l. omnes C. de præſcriptio. 30. vel 40. ann. l.2. C. de conſtit. pecu. amplè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl.10. ſub n.10. Aldou. conſ.35. nu.30. Tùm etiam de iure Veneto ex lege 1613. 22. Martii in correctio. Sereniſs. Memo.

Agens autem ✠ poſt completam 8
præſcriptionem ſine actione agere dicitur, & à limine iudicii repel-
lendus eſt, ✠ immò iudex eum ex 9
officio repellere poteſt, ut docet Borcholt. conſ.8. col.8. par. 1. & poſt eum Aldou. conſ.94. n.29 & 30.

✠ Talis namque exceptio impe- 10
dit litis ingreſſum, ut ſubdit Aldou. ibid. n. 31. per Bart. in l. ult. ff. pro ſuo, & in l. fratris C. de tranſact.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM.

Numerus 1 *margini præfixus primam inſpectionem,*
2 *Secundam inſpectionem indicant.*

A

1 ACquiſita poſt mortem teſtatoris ſpectant ad hæredes grauatos qu. 2. num. 8. pagina 14. qu. 6. num. 89. pagina 64
1 Acta ſunt veluti vehiculum ad ſententiam. q.6. nu.58. pag.60
1 Actiones non tranſeunt in fideicommiſſarium ſine reſtitutione. q.3. nu. 30. & 34. p.26
De veritate vide n.38. & infrà, ibid.
1 Actiones, & rerum dominia tranſeunt ipſo iure in fideicommiſſarium ſine reſtitutione verbali, qu.3. num.38. & infr. p.26
1 Actiones ſemel tranſlatæ ab hærede in fideicommiſſarium, fiunt tranſibiles, & deuolubiles, q.3. n.40. ib.
1 Actiones actiuæ competentes hæredi grauato non pereunt per aditionem hæreditatis abſque inuentario, q.6. num.123. p.71
Nec etiam paſſiuæ. ibid.
2 Actio negotiorum geſtorum contraria datur ad repetendum id, quod in negotiorum geſtione impenſum eſt, abeſt, vel ab futurum eſt quæſt.1. numer.28. p.95
2 Actio negotiorum geſtorum contraria competit gerenti alterius negotia ſine eius præſentia, mandato, vel ratificatione. q.1. n.29. p.96
2 Actio negotiorum geſtorum contraria competit contra illum ad quem negotium verè pertinet, licèt factum contemplatione alterius, n.31. ib.
2 Actionem non habens ad rem perſequendam dicitur rem amiſiſſe, qu. 2. num.6 p.108
Actio omnis competens priuato contra priuatum, tollitur ſpatio triginta annorum, qu.3. n.7. p.112
Etiam de iure Veneto. ib.
2 Actore non probante reus eſt abſoluendus etiam ſi nihil præſtiterit, qu.3. num. 3. p.111
Et ſi quoque foret homo nequiſſimus, actor verò legaliſſimus ib. nu.4.
1 Idem q.6. num.30. p.55
2 Actum faciens præſumitur facere ex cauſa præcedentis obligationis, qu.2. num.9. p. 109
1 Aditio hæreditatis refertur ad tempus mortis q.2. num.7. pag.13. qu.4. num.1. p.31
1 Aditione hæreditatis rerum dominia, iura, & actiones acquiruntur, qu. 3. num.32. p.26
2 Æqualitas debet ſeruari inter fratres, & eorum repræſentantes, q.1. numer. 14. p.93
2 Æquitas in omnibus, potiſſimum in iure ſeruanda eſt, q.4. num.21. p.33
Æſtimi quantitas frauda tur potiùs in diminuendo, quàm in augendo q.2. num. 13. p.14
Æſtimum probat dominium q.5. nu.54. & n.72. p.43 & 45
Æſtimum probare identitatem bonorum fideicommiſſi intelligitur de æſtimo fideicommittentis, vel prædeceſſorum, q.2. n.2. p.13
Sumpto tamen argumento affirmatiuè non negatiuè ib. nu.36. p.18
Affirmatiua vniuerſalis, vide, Vniuerſalis affirmatiua.

P 1 Agens

1 Agens ad fideicommiſſum tria ad obtinendum p obare debet, q. 1. nu. 1. p. 7
2 Agens poſt completam præſcriptione, ſine actione agere dicitur, & à limine iudicii repellendus eſt, q. 3. n. 8 p. 112
Immò Iudex eum ex officio repellere debet; nu. 9. ib.
1 Allegans id quod ius commune præſumit dicitur probare, qu 2. num. 21. p. 16
Allegans ſolutionem tenetur illam probare, q. 6. nu. 28. p. 54
Alienationes factæ per grauatum ſuſtinentur pro rata detractionum ipſi competentium ad commodum poſſeſſorum, q. 3. n. 11. p. 23
Alienata per hęredem grauatum pro legitima, & ære alieno imputantur pro pretio tempore mortis, qu. 4. numer. 20. p. 33
Alienatio rei alienæ eſt prohibita, qu. 7. num. 35. pag. 81. & inſpect. 2. qu. 1. numer. 24.
1 Alienare rem alterius delictum eſt, q. 7. n. 36. p. 81
1 Alluviones ſunt naturalia incrementa, quæ augent hæreditatem ad commodum fideicommiſſarii, q. 7. n. 20. p. 54
2 Antecedenti deſtructo corruit conſequens, qu 2. n. 8. p. 108
Arbitramenta, vide, Fideicommiſſi in materia.
1 Argumentum non currit ab æſtimo ad dominium negatiuè, qu. 6. numer. 106. p. 66
Argumentum valet de toto ad partem, q. 7. n. 11. p. 78
Aſſertio teſtatoris in ſuo teſtamento probat rem fuiſſe ſuam contra hæredem & eius ſucceſſores, qu. 6. nu. 37. p. 56
Aſſerenti legatum ſolutum onus probandi incumbit, qu. 6. n. 27. p. 54
1 Augmenti gratia inducta non operantur diminutionem, qu. 6. numer. 91. p. 64
Augmentum patrimonii ex induſtria hæredis cedit ad eius commodum, q. 2. n. 10. p. 14
Augmenta rerum à natura procedentia cedunt ad commodum fideicommiſſarii, q. 4. nu. 6. p. 31
Augmenti, & diminutionis æqua eſt proportio, qu. 4. numer. 7. ibidem
Et procedit ex æquitate naturali, num. 8. ibid.
Augmenta rerum intrinſeca in pretio cedunt ad fauorem filii in detrahenda legitima, q. 4. n. 18. p. 32
Augmentum per præſcriptionem contingens in rebus hæreditariis ſe habet ad inſtar alluvionis, q. 6. n. 19. p. 54
Et cedit ad commodum fideicommiſſarii ibid. n. 18. & 20. ib.

B

1 Bona inter filios diuiſa præſumuntur in eos à parte profecta, qu. 2. numer. 11. p. 14
Potiſſimum cum diuiſiones fiunt incontinenti, vel parùm poſt. ib.
Bona reperta apud fratres præſumuntur à parentibus eis obueniſſe, q. 2. num. 12. ibid.
Bona per hæredem alicuius poſſeſſa præſumuntur ab eius auctore emanaſſe, q. 2 numer. 14. pag. 14. & qu. 5. numer. 74. p. 45
Bona poſſeſſa per hæredes fideicommittentis in loco, ubi ipſe bona poſſidebat prẹſumuntur fuiſſe fideicommittentis q. 2. n. 15. p. 15
Bona ubi recognoſcuntur ab aliquo neceſſariò infertur de iure, & ſuperioritate illius in dictis bonis, qu. 5. numer. 47. p. 43
Bona fides requiritur ad præſcribendum, q. 7. n 19 p. 79

C

1 Calculus hæreditatis refertur ad tempus mortis defuncti q. 4. n. 3. p. 31. q. 5. num. 13. p. 39
2 Cauſa principalis ubi non conſiſtit, nec ea, quæ ſequuntur locum habent, q. 1. n. 34. p. 97
1 Certum eſſe per ſe, vel per relationem al ud paria ſunt, q 2. n. 1. p. 13
1 Certum per incertum non confunditur ib. n. 16. p. 15
1 Ceſſante cauſa ceſſat effectus, q. 6. num. 9. p. 53

1 Clau-

1 Clauſula ad habendum, & clauſula conſtituti operantur translationem dominii, & poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, q.5.n.36. 37. p.41
Comparatio litterarum ut rectè fiat multa requiruntur, q. 6.n.92. p.64
Præcipuè quod fiat non ſolùm in ſcriptura, ſed etiam in ſtylo, ib. nu.93. p.65
Comparatio litterarum plenè, & concludenter non probat n.94. ib.
Comparatione ſimplici litterarum iudicandum non eſt ſcripturam eſſe manu alicuius ſcriptam n.95. ibid.
Comparatio litterarum decipere ſolet oculos peritiſſimorum n.96. ib.
Et probatio hæc eſt periculoſa numer.97. ibid.
Comparatio litterarum ut admittatur requiritur, ut qui petit eam fieri iuret nullam aliam habere probationem n. 98. ib.
Comparatio litterarum facta ſuper ſcriptura inualida nullius eſt momenti. n. 99. ibid.
1 Communio impedit præſcriptionem, qu.3. n.57. p.29
1 Compenſatio reputatur ſolutio, q.6. n.55. p.60
Compenſatione impletur conditio ſoluendi n.56. ib.
Compenſare poteſt qui ſub iureiurando promiſit ſoluere n.57. ib.
Conceſſo aliquo omnia intelliguntur conceſſa ſine quibus eo commodè uti non poſſumus, qu. 3. n.25. p.25
Conditio prius impleri debet, quàm locum habent diſpoſitio, q.6.n.7. p.53
